















**G E N E R A**

**CRUSTACEORUM ET INSECTORUM**



P. A. LATREILLE

SCIENTIARUM ET ARTIUM INSTITUTI GALLICI, NEC NON  
SOCIETATIS PHILOMATHICÆ, SCIENTIARUM, LITTERARUM  
ARTIUMQUE BURDIGALENSIS, LINNEANÆ SODALIS, etc.

GENERA  
CRUSTACEORUM  
ET  
INSECTORUM

SECUNDUM ORDINEM NATURALEM

IN FAMILIAS DISPOSITA, ICONIBUS EXEMPLISQUE

PLURIMIS EXPLICATA

---

« Quod alii venationibus, confabulationibus, tesseris, chartis,  
luisibus, computationibus insumunt, illud ergo insectis inda-  
gandis, colendis, contemplandis impendo. »

LINNAEUS, *Fauna Suecica*, præfatio.

---

TOMUS PRIMUS

PARISIIS ET ARGENTORATI

APUD AMAND KØNIG, BIBLIOPOLAM

1806





110  
C. 1  
t. 1  
20NHT2

DOMINO  
LAMARCK

IN

MUSÆO HISTORIÆ NATURALIS GALLICO

ANIMALIUM INVERTEBRATORUM

DOCTRINÆ PROFESSORI

NEC NON

SCIENTIARUM ET ARTIUM

INSTITUTI GALLICI SOCIO, etc.

Testimonium honoris , gratitudinis  
pignus.

P. A. LATREILLE.



---

## PROŒMIUM.

**E** methodi præstantiâ Historiæ naturalis stabilitatem pendere, et sectiones illas principes nominibus *classium*, *ordinum*, *generum* insignitas ipsius methodi esse fundamenta pro certo habetur. Jam pridem Entomologiæ deditus elementorum ejus ad studia totus incubui. Immortalis Fabricii de generibus insectorum librum singulis momentis volvebam et attonitus mirabar. Summam votorum nequaquam tamen sum adeptus; methodus enim Fabriciana instrumentis cibariis tantummodo posita, difficilis admodum, generibus haud absoluta, à veritate, invito ut ita dicam auctore, interdum aberrat ordinique naturali sæpius adversatur. Entomologiam his nævis sparsam exemisset sanè Fabricii æmulus ejusque systematis lucidus inter-

pres celeberrimus OLIVIER, si operibus suis hâc in parte editis manum extremam adhibuisset. Tunc quod doctrinæ entomologicæ principiis deerat explere cupiens, reluctans tamen, eò sum deductus ut me propriis viribus committerem. Insecta soli natalis (*Briva Curretia*), sub cœlo amæno, duce semper RÉAUMUR magno, indagatione diligenti juventutisque fervore insequor. Horum animalium structuram, mores, industriam assiduè exploro, observata iterùm atque iterùm expendo, multa invisâ detego, et plurimos post laborum annos, liber cui titulus : *Précis des caractères génériques des Insectes*, anni 1796 finem versùs, typis mandatur. Hanc vocem *Insectum* (1)

---

(1) « Les définitions du mot *Insecte*, qu'on a données jusqu'à ce moment, me paroissent encore ou trop longues ou insuffisantes. En voici une qui me semble aussi tranchante que précise : *Animal sans vertèbres, dont le corps et les pattes sont de plusieurs pièces*. 1°. On remarque dans tous les animaux, excepté les *Insectes et les Vers*, une charpente osseuse, qui est remplacée dans ceux-ci par une enveloppe plus ou moins dure. 2°. Cette charpente osseuse, les membres, tels que les pieds, les ailes, etc.,

terminis definitio. Genera insectorum vulgata priùs, characteribus certioribus firmata, in familias disponuntur et cum affinibus societatem ineunt. Genera plurima introduco, quæ sub aliis nominibus deinceps ut inedita prodeunt. Insecta *aptera* et *hymenoptera* præsertim elaborantur.

Opus simile, at plane formâ novum, linguâ latinâ, scientiarum patrio sermone, scriptum, tibi, *Lector*, offeram. Entomologiæ magistrorum FABRICII, OLIVIER, HELLWIG, ILLIGER, KIRBY, KNOCH, PAYKULL, WALCKENAER, JURINE, CLAIRVILLE, auxiliis fretus, insectorum copiâ ab amicis (1)

sont recouverts par une peau continue, tandis que le corps des *Insectes* mais surtout leurs pattes sont une suite de pièces distinctes les unes des autres, ayant une peau particulière qui les renferme. La séparation des *Vers* et des *Insectes* est bien marquée dans l'existence des pattes, qui se voient dans ceux-ci et non chez les premiers. Les appendices des *Vers* sont des espèces de nageoires ou d'ouies: ils ne sont pas d'ailleurs onguiculés. » *Précis des caract. génér. des Insectes, préface, pag. 10.*

(1) Parisiis, *Dufour, Desmarets, Delavaux, Godart, Dejean; Burdigalæ, Dargelas, Rodrigues; Falesiæ, Baco*

lectâ aut communicatâ ditissimus, in Musæo Historiæ naturalis gallico Zoologiæ professoris Dom. LAMARCK laborum consors, ad Entomologiæ fastigia, quantum pro ingenii debilitate mihi licuit accedere molitus sum.

Absit ut novi systematis conditoris honorem aucuper. Gloriam hanc tantum SWAMMERDAM, LINNÆO, FABRICIO, sibi vindicare datum. Primus enim metamorphoses, secundus motûs organa, tertius instrumenta cibaria in ordinandis insectis fundamenta habuit; systemati novo nullus igitur locus superest. Methodum LINNÆI systemate Fabriciano adjutam, observationibus GEOFFROI, DE GÉER, OLIVIER propriisque enucleatam, ordine naturali a professoribus

---

*che, Brébisson; Rhodunnæ, Vichi, Lapiere; Montispesulani, Durand, Serres; Genève, Jurine; Augustæ Taurinorum, Ré; apud Anglos, Mac Leay, Kirby; Viennæ Austriacorum, Schreiber; per Hispaniam, Africam borealem, Durand; in Oriente Olivier; in Australasia, Peron, Le Sueur; in Insula Gallicæ dicta Ile-de-France, Dumond; denique apud Americanos, Bosc, Pallissot-Beauvois, Maugé, etc.*



CUVIER, LAMARCK revocato innixam, exponere hoc mihi consilium.

Generum characteres alii cum aliis scrupulosè collati sunt. Nomina archetypa religiosè servavi, nullius auctoris habitâ ratione. Specierum designationem fusè tradidi, non quòd mihi arrideat illa verboritas, sed quòd diagnosim synopticam requirat insectorum notitia. LINNÆI FABRICIQUE characteres specifici nimiâ brevitate sæpius inopes aut litigiosi evadunt.

Celebris ILLIGER ad instar, critice præcellentis, synonymiam emendavi. Veritatem denique integram in lucem proferre totis viribus conatus sum.

Sectiones multiplicavi et illis nomina addidi. Divisionum hanc copiam veluti memoriæ ponderosam plurimi repudiabunt. Illas in mente desigi nolo; prosint, satis est.

De illâ quæ adscivi generum copiâ breviter proloquar; susurronum et Aristarchorum etenim qui Entomologiam vix salutare, et nihilo seciùs, disquisitione ferè nullâ inità, doctrinæ amplificationem iu-

consultò dijudicant , nova damnant , theorice et agendi ratione sibi discordes , in ordinandis animalculis numero infinitis , formâ diversissimis , simplicitatem , aliis Historiæ naturalis classibus denegatam , continuo evocant , querelis minimè moveor. Mihi assentient indulgebuntve saltem periti quibus Entomologiæ difficultates innotuerunt. Insecta vegetalibus multitudine præstant. Genera tamen quibus illa distribuuntur generum sub quibus hæc militant numero vix quintam partem attingunt : insectorum namque ordines plurimi adumbrati tantùm.

Genera nonnulla characteribus forsitan haud æquè perspicuis exsecutus sum ; illa , quæso , protinùs non respuas. Mihi non , ut summis magistris LINNÆO , FABRICIO , verbis idoneis et ad rem accomodatis uti , à naturâ datum. Generum notas attentius , diutiùs perpendere velis ; quæ meos , non fortassè tuos oculos fugient , tuncque genera dubia cadent , aut laboribus tuis certiora denuò in lucem venient et manebunt inconcussa.

Nonnulli fortè , extrâ modum systematici , à naturæ viâ rectâ deflectentes , methodum entomologicam è corporis insecti partibus omnibus (essentialibus tamen) depromptam ægrè ferent.

Alii, exilis doctrinæ homines , in generibus stabiliendis habitum tantùmmodo requirent, et oris structuræ investigationem ut supervacaneam vituperabunt. Hi et illi hæc celebris SCOPOLI verba attendant :

*Insecta hæc (aptera LINNÆI) si solam oris fabricam respicere volueris, immisceri debebunt alatis, sicque alicæ erunt classes, at non magis naturales ac Linnæance, ab alis desumptæ. Classes et genera naturalia, non sola instrumenta cibaria, non solæ alæ, nec solæ antennæ constituunt, sed structura totius, ac cujusque vel minimi discriminis diligentissima observatio. Præterea notæ classium et generum faciles esse debent, ne assiduus microscopiorum usus deterreat plurimos à contemplatione naturæ, sicque numerus curiosorum in dies*

viiij      P R O Æ M I U M.

*minor evadat.* » Introd. ad Hist. nat.,  
*pag.* 401.

Specierum, nostratum saltem, sub his  
generibus disponendarum, si fata velint,  
lineamenta distinctiora exarabo.

Dabam *Parisiis*, die primâ mensis Au-  
gusti, 1805.

PETRUS ANDREAS LATREILLE.

# TABULARUM EXPLICATIO.

## Tabula I.

*Figura. Podophthalmus spinosus*, a tergo visus, magnitudine naturali.

*a, a.* Oculorum pedunculi e clypei medio, *b*,  
prodeuntes.

*c, c.* Pedes postici natatorii.

## Tabula II.

*Fig. 1. Podophthalmi spinosi* corporis pars antica et infera.

*a, a.* Oculorum pedunculi.

*b, b. c, c.* Antennæ quatuor.

*d, d.* Palporum geminorum externorum caules interni.

*Fig. 2. Phronyma sedentaria*, magnitudine naturali, a latere visa.

*a, a.* Pedes didactyli.

*Fig. 3.* Animalis domus.

*Fig. 4. Bopyrus squillarum.* Insectum supinum, auctum, scala longitudinis naturalis adjecta.

## Tabula III.

*Fig. 1.* Oculi *Mygalis aviculariæ*, aucti.

*Fig. 2.* Oculi *Mygalis cæmentariæ*, aucti.

*Fig. 3.* Oculi *Atypi sulzeri*, aucti.

*Fig. 4.* Oculi *Eriodontis occatorii*, aucti.

*Fig. 5.* Oculi *Dysdercæ erythrinæ*, aucti.

*Fig. 6.* Oculi *Segestrice cellariæ*, aucti.

*Fig. 7.* Oculi *Clubion atrocis*, aucti.

*Fig. 8.* Oculi *Clubionæ lapidicolæ*, aucti.

*Tabularum Explicatio.*

- Fig.* 9. Oculi *Clubionæ holosericeæ*, aucti.  
*Fig.* 10. Oculi *Drassi melanogastri*, aucti.  
*Fig.* 11. Oculi *Drassi atri*, aucti.  
*Fig.* 12. Oculi *Theridionum* sectionis primæ, aucti.  
*Fig.* 13. Oculi *Aranæ domesticæ*, aucti.  
*Fig.* 14. Oculi *Argyronetæ aquaticæ*, aucti.

*Tabula IV.*

- Fig.* 1. Oculi *Pholci phalangioidis*, aucti.  
*Fig.* 2. Oculi *Scytodis thoracicæ*, aucti.  
*Fig.* 3. Oculi *Linyphiæ triangularis*, aucti.  
*Fig.* 4. Oculi *Tetragnathæ extensæ*, aucti.  
*Fig.* 5. Oculi *Epeiræ diadematis*, aucti.  
*Fig.* 6. Oculi *Thomisi Lamarck*, aucti.  
*Fig.* 7. Oculi *Thomisi citrei*, aucti.  
*Fig.* 8. Oculi *Micrommata smaragdinæ*.  
*Fig.* 9. Oculi *Oxyopis lineati*, aucti.  
*Fig.* 10. Oculi *Lycosæ tarentulæ*, aucti.  
*Fig.* 11. Oculi *Dolomedis mirabilis*, aucti.  
*Fig.* 12. Oculi *Eresi cinnaberini*, aucti.  
*Fig.* 13. Oculi *Saltici sceni*, aucti.

*Tabula V.*

- Fig.* 1. *Mygale Blondii*; magnitudo ad dimidium reducta.  
*Fig.* 2. *Atypus Sulzeri*.  
*Fig.* 3. *Dysdera erythrina*.  
*Fig.* 4. *Scytodes thoracica*, aucta, scala longitudinis adjecta.  
*Fig.* 5. *Oxyopes lineatus*. auctus, scala longitudinis adjecta.

*Tabula VI.*



Tabula VI.

- Fig. 1. *Trogulus nepæformis*.  
 Fig. 2. *Siro rubens* ; insectum amplificatum , scala longitudinis adjecta.  
 Fig. 3. *Argas reflexus* ; amplificatus , scala longitudinis adjecta.  
 Fig. 4. *Machilis polyпода* , aucta , scala longitudinis adjecta.  
 Fig. 5. *Hyphydrus Hermanni*.  
 Fig. 6. *Halyplus impressus* , auctus , scala longitudinis adjecta.  
 Fig. 7. Abdomen ejusdem infra visum ; a , a. Laminae femorum posticorum.  
 Fig. 8. *Colliuris longicollis*.  
 Fig. 9. *Megacephala carolinensis*.  
 Fig. 10. *Bembidion littorale* , auctum , cum longitudinis scala.  
 Fig. 11. *Graphipterus multiguttatus*.  
 Fig. 12. *Lebia cyanocephala* , aucta , cum longitudinis scala.

Tabula VII.

- Fig. 1. *Agra pensylvanica* , aucta , cum longitudinis scala.  
 Fig. 2. *Galerita americana*.  
 Fig. 3. *Drypta emarginata* , aucta , cum longitudinis scala.  
 Fig. 4. *Pogonophorus cæruleus* , auctus , scala longitudinis adjecta.  
 Fig. 5. *Loricera ænea* , aucta , cum longitudinis scala.  
 Fig. 6. *Nebria arenaria*.

- Fig.* 7. *Omophron limbatum*, auctum, longitudinis  
scala adjecta.
- Fig.* 8. *Licinus emarginatus*.
- Fig.* 9. *Siagona rufipes*.
- Fig.* 10. *Clivina arenaria*, aucta, cum longitudinis scala.
- Fig.* 11. *Dascillus cervinus*.
- Fig.* 12. *Elodes pallida*, aucta, cum longitudinis scala.

*Tabula VIII.*

- Fig.* 1. *Throscus dermestoides*, auctus, scala longitu-  
dinis adjecta.
- Fig.* 2. *Cupes capitata*, aucta; longitudinis scala ad-  
jecta.
- Fig.* 3. *Zygia oblonga*, aucta, adjecta longitudinis  
scala.
- Fig.* 4. *Gibbium scotias*, auctum, scala longitudinis  
adjecta.
- Fig.* 5. *Mastigus palpalis*, auctus, scala longitudinis  
adjecta.
- Fig.* 6. *Scydmaeus Godarti*, auctus, scala longitudinis  
adjecta.
- Fig.* 7. *Chelonarium atrum*, scala longitudinis adjecta.
- Fig.* 8. Antenna ejusdem valde aucta.
- Fig.* 9. *Elmis Maugetii*, auctum, scala longitudinis  
adjecta.
- Fig.* 10. *Attagenus serra*, auctus, scala longitudinis  
adjecta.
- Fig.* 11. *Mylæchus brunneus*, auctus, scala longitudinis  
adjecta.
- Fig.* 12. Ejusdem antenna valde amplificata.

*Tabula IX.*

- Fig.* 1. *Lesteva punctulata*, aucta, scala longitudinis adjecta.
- Fig.* 2. *Stenus Buphthalmus*, auctus, scala longitudinis adjecta.
- Fig.* 3. *Dacne humeralis*, aucta, scala longitudinis adjecta.
- Fig.* 4. *Spercheus emarginatus*, auctus, scala longitudinis adjecta.
- Fig.* 5. *Nitidula linearis*, aucta, scala longitudinis adjecta.
- Fig.* 6. *Glaphyrus serratulæ*.
- Fig.* 7. *Parandra lævis*.
- Fig.* 8. *Phaleria livida*, aucta, scala longitudinis adjecta.
- Fig.* 9. *Toxicum richesianum*.
- Fig.* 10. *Tetratoma fungorum*, auctum, scala longitudinis adjecta.
- Fig.* 11. *Hegeter/ striatus*.
- Fig.* 12. *Serropalpus striatus*.

*Tabula X.*

- Fig.* 1. *Epitragus fuscus*.
- Fig.* 2. *Nilio villosus*.
- Fig.* 3. Ejusdem antenna aucta.
- Fig.* 4. *Phaleria cornuta*. *Mas.* aucta, scala longitudinis adjecta.
- Fig.* 5. Caput *Phal. cornutæ* femineæ, auctum.
- Fig.* 6. *Zophosis testudinaria*.
- Fig.* 7. *Cnodalon viride*.

- Fig. 8. *Misolampus Hoffmanssegii*, auctus, scala longitudinis adjecta.
- Fig. 9. *Tagenia filiformis*, aucta, scala longitudinis adjecta.
- Fig. 10. *Ænas afer*.
- Fig. 11. *Hallomenus humeralis*, auctus, scala longitudinis adjecta.
- Fig. 12. *Zonitis vittata*, mas.

*Tabula XI.*

- Fig. 1. *Meryx rugosa*.
- Fig. 2. *Silvanus unidentatus*, auctus, scala longitudinis adjecta.
- Fig. 3. *Latridium transversum*, auctum, scala longitudinis adjecta.
- Fig. 4. *Nemozoma elongatum*, auctum, scala longitudinis adjecta.
- Fig. 5. *Megalopus nigricornis*.
- Fig. 6. *Cryptocephalus subserricornis*.
- Fig. 7. *Imatidium leayanum*.
- Fig. 8. *Paussus trigonicornis*, auctus, scala longitudinis adjecta.
- Fig. 9. *Adorium 2-punctatum*.
- Fig. 10. *Colaspis flavicornis*, aucta, scala longitudinis adjecta.
- Fig. 11. *Languria bicolor*.
- Fig. 12. *Eumorphus immarginatus*.

*Tabula XII.*

- Fig. 1. *Livia juncorum*, aucta, adjecta longitudinis scala.

- Fig.* 2. *Agathis malvacearum*, a latere visa, aucta, scala longitudinis adjecta.
- Fig.* 3. *Ichneumon indicatorius*.
- Fig.* 4. *Figites scutellaris*, femina, a latere visa, aucta, scala longitudinis adjecta.
- Fig.* 5. *Figites scutellaris*, mas, a tergo visa, aucta, scala longitudinis adjecta.
- Fig.* 6. *Dryinus formicarius*, auctus, scala longitudinis adjecta.
- Fig.* 7. *Spalangia nigra*, aucta, cum longitudinis scala.
- Fig.* 8. Ejusdem antenna maxime aucta (1).
- Fig.* 9. *Scelio longicornis*, auctus, adjecta longitudinis scala.
- Fig.* 10. Ejusdem antenna valde amplificata.
- Fig.* 11. *Scelio rugosulus*, auctus, scala longitudinis adjecta.
- Fig.* 12. Ejusdem antenna maxime aucta.

*Tabula XIII.*

- Fig.* 1. *Proctotrupes brevipennis*, aucta, cum longitudinis scala.
- Fig.* 2. *Thynnus dentatus*.
- Fig.* 3. Ejusdem caput auctum, infra visum; *a, a*, mandibulæ; *b, b*, palpi maxillares.
- Fig.* 4. Ejusdem antenna aucta.
- Fig.* 5. *Polyergus rufescens*, auctus, scala longitudinis adjecta.

---

(1) Antennarum forma, articulorum numerus, propter horum insectorum exiguitatem, haud perfecte distinguenda.

xvj      *Tabularum Explicatio.*

- Fig.* 6. *Myrmosa melanocephala*, femina, aucta, scala  
longitudinis adjecta.
- Fig.* 7. *Methoca mutillaria*, aucta, scala longitudinis  
adjecta.
- Fig.* 8. *Myrmosa nigra*.
- Fig.* 9. *Sapyga punctata*.
- Fig.* 10. *Pemphredon lugubre*.
- Fig.* 11. *Gorytes cinctus*.
- Fig.* 12. *Stizus Hogardii*.
- Fig.* 13. *Oxybelus trispinosus*.

*Tabula XIV.*

- Fig.* 1. *Palarus flavipes*.
- Fig.* 2. *Nysson maculatus*.
- Fig.* 3. *Odynerus brunneus*.
- Fig.* 4. *Eumenes rufinoda*.
- Fig.* 5. *Epipone Taiua*.
- Fig.* 6. *Epipone chartaria*.
- Fig.* 7. *Colletes fodiens*.
- Fig.* 8. *Nomia diversipes*.
- Fig.* 9. *Eucera clavicornis*.
- Fig.* 10. *Epeolus kirbyenus*.
- Fig.* 11. *Ceratina albilabris*.
- Fig.* 12. *Euglossa cordata*.

*Tabula XV.*

- Fig.* 1. *Asindulum nigrum*, auctum, cum longitudi-  
nis scala.
- Fig.* 2. *Usia ænea*, aucta, adjecta longitudinis scala.
- Fig.* 3. *Cyllenia maculata*, aucta, adjecta longitudi-  
nis scala.



- Fig.* 4. *Pangonia tabaniformis*  
*Fig.* 5. *Nemestrinus reticulatus*.  
*Fig.* 6. Ejusdem antenna aucta.  
*Fig.* 7. *Ploas hirticornis*, auctus, scala longitudinis  
adjecta.  
*Fig.* 8. *Zodion coropsoides*, auctum, cum longitudinis  
scala.  
*Fig.* 9. *Lispe tantaculata*, aucta, adjecta longitudinis  
scala.  
*Fig.* 10. *Ochthera Mantis*, aucta, cum longitudinis  
scala.  
*Fig.* 11. *Nycteribia pedicularia*, aucta, scala longitu-  
dinis adjecta.  
*Fig.* 12. *Phora thoracica*, aucta, adjecta longitudinis  
scala.

*Tabula XVI et ultima.*

- Fig.* 1. *Colobicus marginatus*, auctus, scala longitu-  
dinis adjecta.  
*Fig.* 2. Ejusdem antenna valde amplificata.  
*Fig.* 3. *Eledona spinosula*, aucta, scala longitudinis  
adjecta.  
*Fig.* 4. *Stygia australis*.  
*Fig.* 5. Ejusdem caput auctum; *a*, *a*, antennæ; *b*,  
palpus.  
*Fig.* 6. *Ypsolophus dorsatus*, auctus, cum longitudi-  
nis scala.  
*Fig.* 7. *Aphritis auro-pubescens*.  
*Fig.* 8. Ejusdem caput auctum; *a*, *a*, antennæ; *b*, *b*  
illarum articulus ultimus setigerus; *c*, ocelli  
tres.

xviii *Tabularum Explicatio.*

*Fig. 9.* *Xylophagus ater*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig. 10.* Ejusdem caput maxime auctum; *a, a* antenna; *b* proboscis; *c, c*, palpi.

*Fig. 11.* *Sicus raptor*, auctus, cum longitudinis scala.

*Fig. 12.* Ejusdem pes anticus; *a, a*, femoris denticuli in duplici serie dispositi.

DISTRIBUTIO NATURALIS

CLASSIUM ANIMALIUM.

# DISTRIBUTIO NATURALIS CLASSIUM ANIMALIUM.

ANIMAL. { CORPUS organicum, vivum, se ex arbitrio  
movens, in vase unico succos nutritios  
distribuyente, alimenta recipiens.

## S E C T I O P R I M A.

Animalia Ver- tebrata, ( Spina dorsalis vertebrae efformata.)	Cor bilo- culare, san- guine cali- do.	Mammæ.	{ CLASSIS I <sup>a</sup> . Mammalia. <i>Mammifères.</i>	
		Mammæ nullæ.	{ CLASSIS II <sup>a</sup> . Aves. <i>Oiseaux.</i>	
		Pulmones.	{ CLASSIS III <sup>a</sup> . Reptilia. <i>Reptiles.</i>	
		Cor unilo- culare, san- guine fri- gido.	Pulmones. et branchiæ.	{ CLASSIS IV <sup>a</sup> . Amphibia. <i>Amphibies.</i>
			Branchiæ.	{ CLASSIS V <sup>a</sup> . Pisces. <i>Poissons.</i>

SECTIO SECUNDA.

Animalia vertebris tituta.	Nervi distincti.	Cor ; branchiæ ; me- dulla spinalis ganglio nullo, præter cervicale.	CLASSIS VI <sup>a</sup> . Mollusca. <i>Mollusques.</i>
		Cor ; branchiæ ; me- dulla spinalis gangliis plurimis ; pedes nulli.	CLASSIS VII <sup>a</sup> . Annulata. <i>Annelides.</i>
		Cor ; branchiæ ; me- dulla spinalis gangliis plurimis ; pedes.	CLASSIS VIII <sup>a</sup> . Crustacea. <i>Crustacés.</i>
		Tracheæ ; medulla spinalis gangliis plu- rimis ; pedes.	CLASSIS IX <sup>a</sup> . Insecta. <i>Insectes.</i>
		Tracheæ ; medulla spinalis gangliis plu- rimis ; pedes nulli.	CLASSIS X <sup>a</sup> . Vermes. <i>Vers.</i>
Nervi nulli, aut obsoleti.	Organa interna, præ- ter canalem alimen- torum ; anus ab ore plerisque distinctus.	CLASSIS XI <sup>a</sup> . Radiata. <i>Radiaires.</i>	
	Organa interna nul- la, præter canalem ali- mentorum ; anus ab ore haud distinctus.	CLASSIS XII <sup>a</sup> . Zoophyta. <i>Zoophytes.</i>	

---

*ANNOTATIO.* Classem alteram, ARACHNIDES, *Arachnides*, Crustacea insectis nequentem, proposuit celeberrimus zoologiæ professor, *Lamarck* (*Système des animaux sans vertèbres*); caractere profecto optime naturali, animalis nempe forma immutabili, nec ut insecta alata metamorphoses varias subeuntis, nititur illa Arachnidum classis; eam tamen non retinui, cum e primariis vitalitatis fontibus, ut pote solis quæ methodos arbitrarias arceant, nota ejus distinctiva non integre exhausta fuerit.

# ANIMALIA

## VERTEBRIS NULLIS, PEDATA.

---

### CLASSIS PRIMÆ.

(*Octava tabulæ generalis*).

#### CRUSTACEA. CRUSTACÉS.

*Crustacea*, Cuvier, Lamarck.

---

**C**HARACTER ANATOMICUS. Animal vertebris nullis, nervis, corde, branchiis, medulla spinali gangliis plurimis, musculis pro pedum motu.

**C**HARACTER NATURALIS EXTERIOR. *Corpus* pedibus articulationibus nudis (1), apterum; branchiis ad thoracis latera, illius tegumento opertis, vel corpori infra externe annexis (2). — Illis (*Entomostraca*) *tegumentum* corneum, membranaeum, clypeatum aut bivalve sæpius. *Antennæ* paucis nullæ, aut vix distinguendæ, aliis penicilliformes, ramosæ, brachia referentes. *Oculi* duo, modo distincti, modo in unum coaliti, tegumento corporis supero et antico immersi, rarissime pe-

---

(1) Articulorum nexibus externis, nec productione cutis, ac in mammalibus, avibus, tectis.

(2) Tracheæ ergo et stigmata, vel orificia illarum externa, nulla.

6 *Animal. verteb. nullis, pedata.*

dunculo insistentes. *Os* aliis maxillosum, aliis rostratum; *mandibulis* non palpigeris; *maxillis* quatuor aut sex; *palpis* nullis geminis. *Pedes* numero variantes, decem plerumque: omnes, aut aliqui saltem, sæpissime forma branchiali, natatorii fere tantum, ungue corneo nullo distincto ad apicem tarsorum. *Cauda* ensifera, vel setigera, aut lamellis duabus. — Istis (*Malacostraca*) *tegumentum* corneo-calcareum, plerumque testiforme. *Antennæ* omnibus quatuor, internis sæpissime bifidis aut trifidis. *Oculi* duo distincti, pedunculo impositi, mobiles, in paucis tegumento immersi. *Os* semper maxillosum; *mandibulis* duabus, singulæ dorso palpum gerente; *maxillis* sex, duplici ordine longitudinali superpositis; *palpis* quatuor geminis, inferis. *Pedes* decem, in paucis quatuordecim, natatorii gressoriique simul; tarsi apice in unguem corneum desinentes. *Cauda* his apice nuda, illis tabellis foliaceis, sæpissime in flabellum una dispositis, aut stylis plurimis articulatis.

**METAMORPHOSIS.** *Malacostraca* nascunt parentibus omnino fere similia; *entomostraca* vero mutabilia, ætate, exuviis pluribus depositis, formam ultimam et durabilem induentia.

**VICTUS.** In aquis degunt, eadavera animalium parasi consumentia aut exsugentia; perpauca animalibus vivis, piscibus præsertim, adhærentia; in utroque sexu organum generationis duplex,



*Classis prima, Crustacea.* 7

pedum parium ultimorum uni, aut thoraci antennisve insertum : feminæ ova, ad exclusionem usque, sub abdomine in sacculis capsulisve duobus, aut sub cauda incurvata, racemoso modo, gerunt, asservant.

CHARACTER EXTERNUS ESSENTIALIS. *Corpus* pedibus articulationibus nudis, (natatoriis) apterum; tegumento corneo aut corneo-calcareo, testam, clypeum, concham bivalvem sæpius referente. *Branchiæ* externæ et inferæ, aut sub testa thoracis ad latera. *Animalia aquatica.*

# CRUSTACEORUM

## LEGIO PRIMA.

### ENTOMOSTRACA.

#### *Entomostracés.*

Corpus tegumento membranaceo, corneo, sæpius clypeato aut bivalvi; oculi sessiles (rarissime pedunculati), sæpius vix distincti; pedes, aut aliqui saltém, forma branchiali, simpliciter natatorii, ungue corneo, nullo apicali.

Mandibulæ nullæ, aut nudæ; palpis geminis et inferis nullis.

## LEGIO SECUNDA.

### MALACOSTRACA. *Malacostracés.*

Corpus tegumento corneo-calcareo; oculi duo, sæpissime pedunculo insistentes, mobiles; (antennæ quatuor in omnibus) pedes plerumque gressorii natatoriique, tarsi in unguem corneum desinentibus.

Mandibulæ palpigeræ; palpi quatuor, gemini, inferi.

## CENTURIA PRIMA.

### THECATA.

#### *Operculés.*

Testa clypeata, aut bivalvis.

## CENTURIA SECUNDA.

### GYMNOTA.

#### *Nuds.*

Corpus testa nulla clypeata, aut bivalvi.

# DISTRIBUTIO GENERALIS.

## COHORS PRIMA.

ASPIDIOTA.

*Clypéacés.*

Testa clypeata.

Clypeus corpori totaliter annexus, duplex; pedes aliqui dissimiles, non natatorii; antennæ nullæ; mandibulæ biarticulatæ, chelatæ; (cauda ensiformis.)

ORDO I.

XIPHOSURA.

*Xiphosures.*

Clypeus unicus; pedes aliqui dissimiles, non natatorii; os rostro; (cauda filamentosa aut foliacea.)

ORDO II.

PNEUMONURA.

*Pneumonures.*

Clypeus unicus; pedes omnes foliaceo-pinnati; mandibulæ simplices; (cauda filamentosa.)

ORDO III.

PHYLLOPODA.

*Phyllopodes.*

## COHORS SECUNDA.

OSTRACODA.

*Ostracodes.*

Testa bivalvis.

ORDO IV.

MONOPHTHALMA.

*Monophtalmes.*

Caput a thorace haud distinctum.

ORDO V.

PSEUDOPODA.

*Pseudopodes.*

Caput a thorace distinctum.

ORDO VI.

CEPHALOTA.

*Céphalotes.*

Caput a thorace haud distinctum; branchiæ testæ lateribus occultatæ; pedes decem.

ORDO I.

DECAPODA.

*Décapodes.*

Caput a thorace distinctum; branchiæ externæ, inferæ; pedes sæpissime quatuordecim.

ORDO II.

BRANCHIOGASTRA.

*Branchiogastres.*

## L E G I O P R I M A.

## ENTOMOSTRACA. ENTOMOSTRACÉS.

*Entomostraca*, MULL. — *Crustacés*, division 1<sup>re</sup>.

*Monocles*, CUV. — *Crustacés*, ordre 2<sup>e</sup>.

*Sessiliocles*, LAMARCK.

## C E N T U R I A P R I M A.

## T H E C A T A. O P E R C U L É S.

## C O H O R S P R I M A.

## A S P I D I O T A. C L Y P É A C É S.

## O R D O P R I M U S.

## X I P H O S U R A. X I P H O S U R E S.

I. GENUS. *LIMULUS*. *Limule*.

*Limulus*, MULL., FAB. — *Monoculus*, LINN. — *Xiphosura*, GRON. — *Polyphemus*, LAMARCK.

*Testa* coriacea, orbiculato-ovata, postice angustior et emarginata, depressa, clypeo scutove duplici; antice majori, sublunato, fornicato, supra tricarinato; ocelli duo, utrinque unus, carinis lateralibus adnati, minimi, ovati, vix prominuli; scuto postico prioris marginis postici lunatique medio articulado, forma subtriangulari, subtus cavo, ad posteriora angustiore, truncato et emarginato; dorso bisulcato, medio carinato; latere singulo emarginato-serrato, dentibus sex, totidemque spinis mobilibus; cauda cornea, scuti postici apicis emarginati medio ginglimo articulata. *Antenne* nullae. *Mandibulae* duae sub margine antice scuti prioris insertae,

basi appropinquatæ, elongatæ, cylindricæ, palpos referentes, biarticulatæ, geniculatæ, articulo ultimo chela didactyla, digito externo mobili. *Pedes* decem, basi prominula, spinosissima, maxillam referente; articulo ultimo chelato, in omnibus, aut quatuor anticis tantum exceptis, didactylo; paria quatuor antica, articulis quinque; posticum majus, articulis sex; penultimo laminis quatuor foliaceis, mobilibus, penultimi ad apicem; radicali appendice elongato, compresso, obtuso, lateraliter instructo. *Laminæ* foliaceæ, corneæ, branchias alternatim tegentes, in scuti postici cavitate receptæ.

SPEC. 1. *LIMULUS POLYPHEMUS*. *Limule Polyphème*.

L. pedibus omnibus didactylis; cauda trigona, raro superne denticulata; carina media scuti antici medio spinosa; postici laminis foliaceis successive, alternatim, alia ab alia, interne decussatis.

*Limule Polyphème*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 4, pag. 96.

*Limulus Cyclops*. FAB. *Suppl. entom. system.*, p. 371.

*Monoculus Polyphemus*. LINN. *Syst. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars. 2, pag. 1057.

Habitat in oceano Indiæ Occidentalis; anglo-americanis King-Krab.

SPEC. 2. *LIMULUS MOLUCCANUS*. *Limule des Moluques*.

L. pedibus omnibus didactylis; cauda trigona, per totam longitudinem superne valde denticulata; carina media scuti antici medio inermi.

*Limule des Moluques*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 4, pag. 92, pl. 16, 17.

*Cancer Moluccanus*. CLUS. *Exot.*, lib. 6, cap. 14, pag. 128.

BONT. *Jav.*, lib. 5, cap. 51.

RUMPH. *Mus.* 21, tab. 12, fig. a. b.

SCHAEFF. *Monog.* 1756, tab. 7, fig. 4, 5.

Habitat in Indiæ Orientalis oceano.

SPEC. 3. *LIMULUS HETERODACTYLUS*. *Limule Hétérodactyle*.

L. pedibus quatuor anticis monodactylis.

*Limule Hétérodactyle*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 4, pag. 89.

Habitat in oceano Sinensi.

SPEC. 4. *LIMULUS VIRESCENS*. *Limule verdâtre*.

L. pedibus duobus anticis monodactylis.

*Limulus Polyphemus*. FAB. *Supp. entom. system.*, pag. 371.

Habitat in oceano Indiæ Orientalis.

## ORDO SECUNDUS.

### PNEUMONURA. PNEUMONURES.

#### II. GENUS. *CALIGUS*. *Calige*.

*Caligus*, MULL. — *Monoculus*, LINN., FAB. — *Oniscus*, SLABBER.

*Testa* oblongo-cordata, plana, disci peripheria distincta. *Oculi* duo distantes, in margine antico. *Antenne* duæ, minima, setacæ, cyrros referentes, marginique pariter insertæ: *os* in *caligo producto*, rostello conico, deflexo, inter pedes anticos sito; obsolete, in *caligo piscino*: *uncinuli* aut *cirruli* duo medio thoracis, pedes anticos versus. *Pedes* decem aut octo; duo aut quatuor antici. forma gressoria, apice ungue inflexo armati; pariter sequens apice setigerum, aut uncinæ duplici; alia branchialia, appendicibus linearibus pectinatis aut foliaceo-divisis. *Abdomen* exsertum, parvum, testa multo angustius, nudum, vel lamellatum, filamentis duobus teretibus, elongatis, ad apicem.

SPEC. 1. *CALIGUS PISCINUS*. *Calige des poissons*.

C. corpore brevi; cauda bifida, monophylla.

*Calige des poissons*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 4, pag. 111, pl. 31, fig. 1.

Ord. secundus, *Ancumonura*. 15

*Caligus Curtus*. MULL. *Entom.*, pag. 150, tab. 21, fig. 1, 2.

*Monoculus piscinus*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1057. — *Faun. suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 2045.

*Monoculus piscinus*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 489.

*Binoculus piscinus*. OTH. FAB. *Faun. Groenl.*, n<sup>o</sup>. 259.

*Oniscus lutosus*. SLABB. *Microsc.*, tab. 16, fig. 1, 2.

In oceano, piscibus, *Pleuronecti hippoglossi* præsertim, arte se affigens.

SPEC. 2. *CALIGUS PRODUCTUS*. *Calige prolongé*.

C. corpore elongato; cauda imbricata, tetraphylla.

*Calige prolongé*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 4, pag. 115, pl. 51, fig. 2.

*Caligus productus*. MULL. *Entom.*, pag. 152, pl. 21, fig. 3, 4.

*Monoculus salmoncus*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 489.

Mores et habitatio præcedentis.

III. GENUS. *BINOCULUS*. *Binocle*.

*Binoculus*, GEOFF. — *Argulus*, *Limulus*, MULL. — *Monoculus*, FAB., CUVIER.

*Testa* ovalis, membranacea, planiuscula, margine antico utrinque subcoarctato, postico emarginato. *Oculi* duo distantes, unus utrinque, marginis anteriori ad latera. *Antennæ* quatuor aut duæ, minime, conico-setaceæ, articulis duobus tribusve, inter oculos sitæ, margineque antico operatæ; uncino vel dente utrinque ad illarum basin. *Os* rostro conico, pectorali. *Pedes* duodecim; duo antiqui tubulosi, subhemispharici, oris præsertim quorum animal progreditur, aut corporibus se affigit; pedum par secundum elongato-conicum, quadriarticulatum, haud natatorium; dentium serie sub illorum basi; paria quatuor postica natatoria, biarticulata; illorum apice caudaque laminis geminis, foliaceis, margine ciliatis.

SPEC. 1. *BINOCULUS GASTEROSTEI*. Binocle du Gastérose. *Le Binocle du Gastérose*. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 661.

LOEFL. *Act. Upsal.*, 1750, pag. 42, tab. 2, fig. A.

*Argulus Delphinus*. MULL. *Entom.*, pag. 125.

*Monoculus Argulus*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 489.

*Monoculus Gyrini*. CUR. *Tabl. élém. de l'hist. nat. des anim.*, pag. 454

*Ozole du Gastérose*. LATR. *Hist. nat. des Insec.*, tom. 4, pag. 128, pl. 29, fig. 5 — 7.

*Argule Dauphin*. HERM. *Mem. apterol.*, pag. 151, pl. 5, fig. 5; et pl. 6, fig. 11.

*Gasterosteo pungitio*, *Cyprinis*, *ranarum* larvis adhæret; Parisiis, in rivulis, loco petit *Gentilli*. *Argulus Charon MULLERI*, *entom.*, pag. 122, tab. 20, fig. 1, 2, ejus larva, observante D. Jurine filio, qui crustacei hujus historiam absolutam iconibusque exquisitissimis ornatam elaborat. *Le binocle à queue en plumet*, GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 660, pl. 21, fig. 5, probabiliter idem animaculum inaccurate descriptum idem. *Mon. piscini* Linnæi varietas mutica; a micographo Backero exacte descriptum.

## ORDO TERTIUS.

### PHYLLOPODA. PHYLLOPODES.

#### IV. GENUS. *APUS*. *Apus*.

*Apos*, SCOP. — *Apus*, CUR. — *Monoculus*, LIN., FAB. — *Binoculus*, GEOFF. — *Limulus*, MULL., LAMARCK.

*Corpus* molle. *Testa* crustacea, membranacea, orbiculato-ovata, postice profunde emarginata, dorso, antice excepto, carinato. *Oculi* duo, testæ dorsi medio ad antica inserti, prominuli, subflunares, approximati, antice contigui, tuberculorum oculiforme postice includentes. *Frons* e testæ margine antice, subtus inflexo, in



membranam sublunarem producto, efformata. *Antennae* duae, breves, subfiliformes, biarticulae, vix exsertae, pone mandibulas insertae (e Schaeffero). *Labrum* quadratum, ex expansione membranæ frontalis marginis anteriori. *Mandibulae* duae, corneae, transversae, utrinque una, sub labri lateribus insertae, subcylindricae, breves, intus cavae, apice arcuatae, compressae; summo apice recto, valde denticulato. *Maxilla* quatuor, duae utrinque, sub mandibulis, transversae, subcorneae, valde depressae, fere membranaceae, in segmentum circuli vel in triangulum, latere uno et externo arcuato, efformatae; supernae inferis incumbentes; istis paulo majoribus, latere interno spinosissimis. *Pedes*, circiter sexaginta paria, branchiales, foliacei, sensim magnitudine decrecentes; ultimi respectu aliorum minus elongati, latiores, rotundiores; omnes latere uno lamella triangulari membranacea, sacculo oviformi; latere opposito, pedibus duobus anticis exceptis, lamellis duabus, apice tribus, digitos compressos referentibus; harum lamellarum loco setae quinque, multiarticulae, quarum duae terminales, multo longiores, longitudine inaequales, pedum pari antico; sacculo parvis decimi in capsulam bivalvem, ova includente, mutato. *Cauda* elongata, subconica, apice truncata, articulis plurimis, brevissimis; setis duabus longis, articulis numerosissimis, vix distinctis.

ANNOTATIO. pedes primi basi intus spinulis hirti, analogiã quãdam cum limulis.

SPEC. 1. *APUS CANCRIFORMIS*. *Apus cancriforme*.

A. carina dorsali, postice non mucronata; lamina nulla inter setas caudales.

*Apus cancriforme*. *Bosc. Hist. nat. des Crust.*, tom. 2, pag. 244.

*Apus cancriforme*. LATR. *Hist. des Crust. et des Insect.*, tom. 4, pag. 193, pl. 19 et 20.

*Le binocle à queue en filet*. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 660, pl. 21, fig. 4.

*Limulus palustris*. MULL. *Entom.*, pag. 127.

*Monoculus Apus*. FÆ. *Suppl. entom. system.*, pag. 305. SCHÆFF. *Monog.* 1756, tab. 1 — 5.

Ejusdem *element. entom.*, tab. 29, fig. 1, 2.

Habitat in Gallia, Germaniæ fossis.

*Spec. 2. APUS PRODUCTUS. Apus prolongé.*

A. carina dorsali postice in spinam producta; lamina inter setas caudales.

*Apus prolongé*. Bosc. *Hist. nat. des Crust.*, tom. 2, pag. 244, pl. 16, fig. 7.

*Apus prolongé*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 4, pag. 195, pl. 28.

*Monoculus Apus*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1058. — FAUN. Suec., ed. 2, n.º 2046.

*Limule Serricaude*. HERM. *Mém. apterol.*, pag. 130.

Habitat in Europæ fossis; in agro Cenomanensi frequens; mecum communicavit Dom. Menard.

OBSERV. *Monoculum Apus* Linnæi ad præcedentem retulerunt auctores omnes, his verbis illius non attendentes: *Cauda setis duabus, validis, interjecta lamella.* (Faun. Suec., ed. secunda, pag. 498.)

In specie præcedenti pedes duo antici tantum filamentis setaceis, articulatis, et hæ setæ simplices, apicali valde elongata: in *limulo producto* pedes decem primi filamentis articulato-sub-serratis, brevibus, instructi.

COHORS SECUNDA.

OSTRACODA. OSTRACODES.

ORDO QUARTUS.

MONOPHTHALMA. MONOPHTHALMES.

V. GENUS. *LYNCEUS*. *Lyncé*.

*Lynceus*, MULL. — *Monoculus*, FABRICII.

*Oculi* duo. *Antennæ* duæ vel quatuor, capillacæ. *Pedes* octo et plures. *Caput* exsertum.

SPEC. 1. *LYNCEUS BRACHYURUS*. *Lyncé à queue courte*.

L. antennis quatuor; testa globosa; cauda deflexa.

*Lyncé à queue courte*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 4, pag. 204, pl. 52, fig. 1, 12.

*Lynceus Brachyurus*. MULL. *Entom.*, pag. 69, tab. 8, fig. 1, 12.

*Monoculus Brachyurus*. FAB. *Entom. system.*; tom. 2, pag. 497.

Habitat in palustribus, primo vere.

SPEC. 2. *LYNCEUS SPHERICUS*. *Lyncé sphérique*.

L. antennis duabus; testa globosa; cauda inflexa.

*Lyncé sphérique*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 4, pag. 207.

*Lynceus sphericus*. MULL. *Entom.*, pag. 71, tab. 9, fig. 7, 9.

*Monoculus sphericus*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 497.

Habitat in aquis Europæ.

VI. GENUS. *DAPHNIA*. *Daphnie*.

*Daphnia*, MULL., LIN. — *Monoculus*, LIN., GEOFF., DE GEER, FABRICII.

*Oculus unicus. Caput exsertum. Antennæ duæ, ramosæ. Pedes octo ad duodecim.*

SPEC. 1. *DAPHNIA PULEX. Daphnie puce.*

D. cauda inflexa ; testa postice mucronata.

*Daphnie puce. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 4, pag. 223, pl. 53, fig. 2, 3.*

*Daphnia pennata. MULL. Entom., pag. 82, tab. 12, fig. 4, 7.*

*Monoculus pulex. LINN. System. nat., ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1058. — FAUN. Suec., ed. 2, n°. 2047.*

*Le Perroquet d'eau (monocle). GEOFF. Hist. des Insect., tom. 2, pag. 655.*

*Monoculus pulex. FAB. Entom. system., tom. 2, pag. 491.*

*Pulex caudatus. SCHÆFF. 1755, tab. 1, fig. 1, 8.*

Habitat in aquis Europæ.

## VII. GENUS. *CYPRIS. Cypris.*

*Cypris, MULL. — Monoculus, LIN., GEOFF., FABRICII.*

*Oculus unicus. Caput conditum. Antennæ duæ, superæ, capillacæ. Pedes quatuor.*

SPEC. 1. *CYPRIS CONCHACEA. Cypris coquillière.*

C. testa ovata, tomentosa.

*Cypris Coquillière. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 4, pag. 246.*

*Cypris pubera. MULL. Entom., pag. 56, tab. 5, fig. 1, 5.*

*Monoculus conchaceus. LINN. System. nat., ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1059. — FAUN. Suec., ed. 2, n°. 2050.*

*Le Monocle à coquille longue. GEOFF. Hist. des Insect., tom. 2, pag. 657, n°. 4.*

*Monoculus conchaceus. FAB. Entom. system., tom. 2, pag. 496.*

Habitat in Europæ aquis puris.

## VIII. GENUS. *CYTHERE. Cythérée.*

*Cythere, MULL. — Monoculus, FABRICII.*

Ord. quartus, *Monophthalma*. 19

*Oculus* unicus. *Caput* conditum. *Antennæ* duæ, superæ, pilosæ. *Pedes* octo.

SPEC. 1. *CYTHERE VIRIDIS*. *Cythérée verte*.

C. testa viridi, reniformi, tomentosa.

*Cythérée verte*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 4, pag. 252.

*Cythere viridis*. MULL. *Entom.*, pag. 6½, tab. 7, fig. 1, 2.

*Monoculus viridis*. FÆ. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 494.

Habitat in Europæ borealis confervis fucisque marinis.

CENTURIA SECUNDA.

GYMNOTA. NUDS.

ORDO QUINTUS.

PSEUDOPODA. PSEUDOPODES.

IX. GENUS. *CYCLOPS*. *Cyclope*.

*Cyclops*, MULL., LAM. — *Monoculus*, LIN., GEOFF., DE GEER., FABRICII.

*Corpus* ovato-conicum, elongatum. *Oculus* unicus. *Antennæ* duæ aut quatuor, simplices. *Pedes* sex, octo, decem.

SPEC. 1. *CYCLOPS QUADRICORNIS*, *Cyclope quadricorne*.

C. antennis quatuor; cauda recta, bifida.

*Cyclope quadricorne*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 4, pag. 262, pl. 33, fig. 5, 8.

*Cyclops quadricornis*. MULL. *Entom.*, pag. 109, tab. 18, fig. 1, 14.

*Monoculus quadricornis*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1058. — FAUN. Suec., ed. 2, n°. 2049.

*Le Monocle à queue fourchue*. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 656, pl. 21, fig. 5.

*Monocle à quatre cornes.* DE GEER. *Mém. insect.*, tom. 7, pag. 483, pl. 29, fig. 11, 12.

*Monoculus quadricornis.* FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 500.

Habitat in Europæ aquis dulcibus.

SPEC. 2. *CYCLOPS LONGICORNIS.* *Cyclope longicorne.*

C. Antennis duabus longissimis; cauda bifida.

*Cyclope longicorne.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 4, pag. 266.

*Cyclops longicornis.* MULL. *Entom.*, pag. 115, tab. 19, fig. 7, 9.

*Monoculus longicornis.* FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 501.

Habitat in mari Norwegico.

ANNOTATIO. *Amymones Naupliique Mülleri Cyclopum larvæ*, observante D. Jurine.

## ORDO SEXTUS.

### CEPHALOTA. CÉPHALOTES.

#### I. *Oculi sessiles.*

X. GENUS. *POLYPHEMUS.* *Polyphème.*

*Polyphemus*, MULL. — *Monoculus*, DE GEER, FAB. — *Cephaloculus*, LAMARCK.

*Oculus* unicus, caput a thorace distinctum, amulans. *Thorax* ab abdomine distinctus. *Abdomen* crustaceum, subovatum, compressum, sessile, annulatum, incurvatum; cauda abdomini arcte inflexa, basin pedum tegens, spiculo elongato, bisetigero, terminata. *Remi* duo, furcati, horizontaliter extensi. *Pedes* octo, breves, apice setosi.

SPEC. 1. *POLYPHEMUS OCLUS.* *Polyphème oculé.*

*Polyphème oculé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 4, pag. 287, pl. 30, fig. 5, 4, 5.

Ord. sextus, *Cephalota*. 21

*Polyphemus oculus*. MULL. *Entom.*, pag. 119, pl. 20, fig. 1, 5.

*Monocle pou branchu*. DE GEER. *Mém. insect.*, tom. 7, pag. 467, pl. 28, fig. 9, 10.

*Monoculus pediculus*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 502.

*Cephaloculus stagnorum*. LAMARCK, *System. des anim. sans vert.*, pag. 170.

Habitat in aquis palustribus, lacubus Europæ.

XI. GENUS. ZOE. Zoë.

*Zoe*, Bosc. — *Monoculus*, SLABBER.

*Caput* indistinctum, aut *oculis* duobus magnis, globosis, *rostrum*que fere perpendiculari, thorace paulo longiore, recto, apice acuto. *Antennæ* quatuor, infra oculos insertæ; interiores simplices; externæ geniculatæ, bifidæ. *Instrumenta cibaria* nondum observata. *Thorax* subovatus, testa subdiaphana, dorso in spinam thorace duplo longiorem, retro curvatam, producto. *Pedes* (1), posticis exceptis, brevissimi, sub thorace absconditi; postici elongati, natatorii. *Cauda* thoracis longitudine, sub illo sæpius inflexa, articulis quinque; primis quatuor angustissimis, ultimo majori, lunato, spinosulo.

SPEC. 1. ZOE PELAGICA. Zoë pélagique.

*Zoe pelagica*. Bosc. *Hist. nat. des Crust.*, tom. 2, pag. 135, pl. 15, fig. 3, 4.

*Zoë pélagique*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 4, pag. 298, pl. 55, fig. 1.

Habitat in Oceano. Congener videtur, at species altera.

*Monoculus Taurus*. SLABBER, *Microsc.*, tab. 5.

---

(1) *Pedes* octo, apice setosi; anticis duobus et ulio minoribus. SLABBER.

## II. Oculi pedunculo distincto.

## XII. GENUS. BRANCHIOPODA. Branchiopode.

*Branchiopoda*, LAM. — *Apus*, SCHEFF. — *Cancer*, LIN. — *Gammarus*, FÆERICII.

*Corpus* filiforme, substantia mollissima. *Caput* a thorace collo parvo discretum, depressum, latum. *Oculi* duo, laterales, exserti, stipitati, mobiles. *Antennæ* duæ, supra oculos postice insertæ, capillares, biarticulatæ, breves. *Frons* tentaculis, corniculisve duobus, mobilibus; in *mare* corneis, latere externo unidentatis, apice latiore, furcato; in *femina*, cylindracea, articulata, diaphana, apice papilla instructo; *filamenta* duo capillaria, simplicia, elongata, fronti, basi tentaculorum inserta, clypeusque antice bifidus, in *mare*. *Os* in utroque sexu papilla rostriformi, hamulata, corpuseculis quatuor suffulta. *Truncus* corporis cylindricus, supra subcarinatus, undecim segmentis; singulo infra pedibus duobus branchialibus, foliaceis; pari anteriore lamellis duabus, posticis tribus, quarum infima in pediculum basi efformata, ultima ovato-lanceolata. *Cauda* corporis circiter longitudine, angustior, subcylindrica, articulis plurimis (6, 9), ultimo pinnis duabus. *Organa sexus ovariaque* ad basin inferam caudæ.

SPEC. I. BRANCHIOPODA STAGNALIS. *Branchiopode stagnal.*

*Branchiopoda stagnalis*. LAM. *System. des anim. sans vert.*, pag. 161.

*Branchiopode stagnal.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 4, pag. 519, pl. 56 et 57.

*Cancer stagnalis*. LINN. *System. nat.*, ed. 12, tom. 1, pars 2, pag. 1056. — FÆUN. *Suec.*, ed. 2, n°. 2045.

*Gammarus stagnalis*. FÆB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 518.



*Apus pisciformis*. SCHÆFF. *Monog.* 1754, fig. 1, 12.

Habitat in Europæ fossis.

ANNOTATIONES. *Cancer paludosus* Mülleri, *Zool. danic.*, pag. 10, tab. 48, fig. 1, 8. Species altera videtur, si iconibus fides integra adhibenda. Tentaculis, cauda differt; forte ac *Cancer Stagnalis* Othonis Fabricii, *Cancer Salinus* Linnæi, eadem.

*Entomostracorum* locus in serie naturali mihi adhuc incertus videtur. Professoris CLUVIER, qui ab istis animalibus *Crustaceorum* classem orditur, sententiæ nunc faveo, his momentis abductus: *Gammari* profecto cum *Crustaceis* extremis reponendi; proxime accedunt, vinculo fere indissolubili, *idoteæ*, *aselli*; nunc veniunt, hiatu nullo interposito, *ligiæ* cæterique *oniscides*. *Armadillones myriapoda* vocant; at in ipsis, *tracheæ* manifestantur; animalium corde destitutorum ordo proinde inceptus est; *entomostracis* locus non amplius superest; *arachnidibus* professoris LAMARCK ista tamen admodum affinia. Si modo larvarum *ephemerarum* respirarent, difficultas evanesceret; tunc enim ordinem insectorum peculiarem, *myriapoda thysanouris* nec tentem constituerent; his succederent *acera*. Litem dirimant anatomicæ observationes.

## LEGIO SECUNDA.

MALACOSTRACA. MALACOSTRACÉES.

## ORDO PRIMUS.

DECAPODA. DÉCAPODES.

TRIBUS.	FAMILIÆ.
I. BRACHYURI.	I. CANCERIDES.
<i>Brachyures.</i>	<i>Cancérides.</i>
Cauda pinnis natatoriis, lamellisve foliaceis, nullis, ad apicem, corpore brevior.	II. OXYRHYNCI.
	<i>Oxyrhynques.</i>
II. MACROURI.	III. PAGURII.
<i>Macroures.</i>	<i>Paguriens.</i>
Cauda pinnis natatoriis, lamellisve foliaceis, ad apicem, corporis ad minus longitudine.	IV. PALINURINI.
	<i>Langoustines.</i>
	V. ASTACINI.
	<i>Homardiens.</i>

TRIBUS

TRIBUS PRIMA.

BRACHYURI. BRACHYURES.

*Kleistagnatha* (classis) FABRICII.

FAMILIA PRIMA.

CANCERIDES. CANCERIDES.

*Testa* transversa aut obcordata in illis, quadrata vel orbiculata in istis: diametro longitudinali transversum non excedente. *Antennæ* interiores, (antennæ clypei medio insertæ), in omnibus complicatæ, in foveolis receptæ.

I. PLATYSMATHI. PLATYSMATIENS.

*Testa* circuli sectore postice truncato circumscripta; margine antico arcuato, subsemicirculari, lateribus sensim postice in angulum convergentibus, apice (margine postico caudæ baseos) truncato.

I. PELAGII. Pélagiens.

*Pedes* postici natatorii, articulo ultimo in lamellam ovatam, aut orbiculatam, foliaceam, compresso.

XIII. GENUS. *PODOPHTHALMUS*. *Podophthalme*.

*Podophthalmus*, LAM. — *Portunus*, FABRICII.

*Oculorum* pediculi a testæ marginis antichi medio ad angulos ejus laterales usque producti.

SPEC. 1. *PODOPHTHALMUS SPINOSUS*. *Podophthalme épineux*.

*Podophthalmus spinosus*. LAM. *System. des anim. sans vert.*, pag. 152.

*Podophthalme épineux.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 54, pl. 46, fig. 1.

*Portunus vigil.* FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 563.

Habitat in Oceano Indico, littoribus Malabaricis.

FIGURARUM EXPLICATIO.

Tab. I. *Podophthalmus spinosus*, pronus, magnitudine naturali.

*a, a.* Oculorum pedunculi e clypei medio, *b*, prodeuntes.

*c, c.* Pedes postici natatorii.

Tab. II. fig. I. Corporis pars antica et infera.

*a, a.* Oculorum pedunculi.

*b, b. c, c.* Antennæ.

*d, d.* Palporum geminorum externorum caules internæ.

XIV. GENUS. *PORTUNUS.* *Portune.*

*Portunus*, DALD., FAB., LAM. — *Cancer*, LINNÆI.

Oculorum pediculi teste marginis antici dimidio longitudinis multo breviores.

SPEC. 1. *PORTUNUS PELAGICUS.* *Portune pélagique.*

P. testa utrinque dentibus novem, postico majore; manibus angulatis; fronte dentibus quatuor æqualibus; duobus aliis, uno utrinque, ad oculorum angulum internum, bifidis.

*Portunus pélagicus.* FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 567.

*Portune pélagique.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 16.

*Cancer pelagicus.* LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1042. — *Mus. Lud. Ulr.*, pag. 434.

HERBST. *Canc.*, tab. 8, fig. 55.

Habitat in pelagi universi orbis fuco natante.

SPEC. 2. *PORTUNUS DEPURATOR.* *Portune dépurateur.*

P. testa utrinque, fronte, dentibus quinque subæqualibus; carpis interne valide unidentatis.

Ord. I. Fam. I., Cancerides. 27

*Portunus depurator*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 365.

*Portune dépurateur*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 11.

*Cancer depurator*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1043.

HERBST. *Canc.*, tab. 7, fig. 48.

Habitat in Oceano Europæ.

SPEC. 3. *PORTUNUS PUBER*. *Portune étrille*.

P. Testa pubescente, dentibus utrinque quinque æqualibus; fronte subtiliter denticulata; manibus sulcatis, supra unidentatis; carpis bidentatis.

*Portunus puber*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 365.

*Portune pubère*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 10.

*Cancer puber*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1046.

HERBST. *Canc.*, tab. 7, fig. 49.

Habitat in mari Mediterraneo et Oceano Gallico.

2. LITTORALES. *Littoraux*.

*Pedes omnes ambulatorii, articulo ultimo conico.*

XV. GENUS. *DROMIA*. *Dromie*.

*Dromia*, DALD., FAB. — *Cancer*, LINNÆI.

*Pedes postici dorsales. Testa valde convexa.*

SPEC. 1. *DROMIA RUMPHII*. *Dromie de Rumphius*.

D. Testa hirta, utrinque dentibus quinque validis, sinu nullo notabiliore interjecto; brachiis pedibusque enodibus.

*Dromia Rumphii*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 359.

*Dromie de Rumphius*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 5, pag. 386, pl. 42, fig. 2.

*Cancer Dormia*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1043.

RUMPH. *Mus.*, tab. 11, n<sup>o</sup>. 1.

HERBST. Canc., tab. 18, fig. 103.

Habitat in Oceano Indiæ Orientalis.

XVI. GENUS: *CALAPPA*. Calappe.

*Calappa*, DALD., FAB., LAM. — *Cancer*, LINNÆI.

Testæ anguli postici fornicati, pedes contractos recipientes. *Manus* cristatæ.

SPEC. 1. *CALAPPA TUBERCULATA*. Calappe tuberculé.

C. Testa verrucosa; angulis posticis dentibus sex crenatis; margine postico obsolete bidentato.

*Calappa tuberculata*. FAB. Suppl. entom. system., pag. 345.

*Calappe tuberculé*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 5, pag. 593.

HERBST. Canc., tab. 15, fig. 78.

Habitat in Oceano Australasiæ.

SPEC. 2. *CALAPPA FORNICATA*. Calappe vouûté.

C. Testa angulis posticis rotundatis, integris.

*Calappa fornicata*. FAB. Suppl. entom. system., pag. 345.

*Calappe vouûté*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 5, pag. 594.

*Cancer Calappa*. LINN. System. nat., ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1048. — *Mus. Lud. Utr.*, pag. 449.

HERBST. Canc., tab. 12, fig. 73, 74.

Habitat cum præcedenti.

SPEC. 5. *CALAPPA GRANULATA*. Calappe migraine.

C. Testa tubercula, angulis posticis dentatis; dentibus postremis validis, acutis; margine postico ad basin caudæ subemarginato.

*Calappa granulata*. FAB. Suppl. entom. system., pag. 346.

*Calappe granuleux*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., pag. 592, pl. 43, fig. 1, 2.

*Cancer granulatus*. LINN. System. nat., ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1043.

Ord. I. Fam. I., Cancerides. 29

*Cancere migraine.* RONDEL. *Hist. des Poiss.*, liv. 18, chap. 15.

*HERBST. Canc.*, tab. 12, fig. 72, 76.

Habitat in mari Mediterraneo.

XVII. GENUS. *HEPATUS*. Hépate.

*Calappa*, FABRICII.

*Palporum* geminorum externorum caulis interni articulus secundus elongato-triangularis, a basi ad apicem sensim angustior et acuminatus.

SPEC. 1. *HEPATUS FASCIATUS*. Hépate fascié.

*Hépate fascié.* LATR. *Hist. des Crust. et des Insect.*, tom. 5, pag. 388, pl. 42, fig. 5.

*Calappa angustata.* FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 547.

*HERBST. Canc.*, tab. 38, fig. 2.

Habitat in Americæ Oceano.

OBSERVATIO. Instrumenta cibaria generum, 13 — 16, ut in sequente.

XVIII. GENUS. *CANCER*. Cràbe.

*Cancer*, LINN., DE GEËR, FAB., LAM. — *Alpheus*, DALDORFF.

*Testa* planiuscula, postice angustata. *Palporum* geminorum externorum caulis interni articulus secundus subquadratus, ad apicem interne emarginatus pro sequentis articuli basis insertione.

I. *Testa lata*, margine antico sensim in lineam semicircularem arcuato.

SPEC. 1. *CANCER PAGURUS*. Crabe tourteau.

C. *Testa* utrinque novem plicata.

*Cancer pagurus.* LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1044. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 2028.

*Cancer pagurus.* FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 334.

*Crabe pagure.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 5, pag. 565.

*Cancer mænas.* RONDEL. *Hist. des Poiss.*, liv. 18, chap. 12.

HERBST. *Canc.*, tab. 9, fig. 59.

Habitat in Europæ Oceano.

SPEC. 2. *CANCER MÆNAS.* *Crabe ménade.*

C. Testa læviuscula, utrinque quinque dentata; fronte triloba.

*Cancer mænas.* LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1045. — *Mus. Lud. Utr.*, pag. 436. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 2026.

*Cancer mænas.* FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 354.

HERBST. *Canc.*, tab. 7, fig. 46, 47.

Habitat in Europæ Oceano.

II. *Testa cordato - quadrata vel trapeziformis; margine antico subrecto, ad angulos laterales rotundato.*

SPEC. 3. *CANCER SPINIFRONS.* *Crabe front-épineux.*

C. Testa lævi, utrinque dentata; dentibus secundo tertioque bifidis; fronte manibusque multispinosis.

*Cancer spinifrons.* FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 359.

*Crabe front-épineux.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 5, pag. 570.

HERBST. *Canc.*, tab. 11, fig. 65.

Habitat in Oceano Europæ.

ANNOTATIO. Huc referendus *Cancer fluviatilis* Belonis, Roudeti, generi *Ocypodum* viam parans.

II. *VIGILES.* *Vigilans.*

*Testa subcordata quadratave aut orbicularis.*

OBSERVATIO. Articulus tertius caulis interni palporum geminorum et externorum angulo externo marginis superi præcedentis articuli inseritur; clypeus sæpius inflexus; notæ aliæ quibus *cancerides vigilans* a *canceribus* recedunt.



XIX. GENUS. OCYPODE. *Ocypode*.

*Ocypode*, DALD., FAB., LAM. — *Cancer*, LINN., FABRICII.

*Oculi* pedunculo elongato, testæ marginis antici medium versus inserti. *Testa* truncato-subcordata vel rhomboida.

SPEC. 1. OCYPODE *VÇA*. *Ocypode Vça*.

O. *Testa* truncato-subcordata, lateribus antice abrupte convexis; pedibus hirsutis; tarsi lineis quinque aut sex elevatis, edentulis; manibus supra et infra tuberculato-hispidis.

*Ocypode en cœur*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 57.

*Cancer Vça*. LINN. *System. nat.*, edit. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1041.

*Vça-una*. PISON. *Bras.*, pag. 76.

SEBA. *Mus.*, tom. 3, tab. 20, fig. 4.

HERBST. *Canc.*, tab. 6, fig. 58.

Habitat in America meridionali.

OBSERV. *Ocypode fossor* noster, *Hist. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 58, idem juvenis.

SPEC. 2. OCYPODE *TOURLOUROU*. *Ocypode Tourlourou*.

O. *Testa* truncato-subcordata; lateribus antice abrupte convexis; tarsi lineis sex elevatis, serratis; manibus lævibus.

*Ocypode Tourlourou*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 56.

*Cancer ruricola*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1040.

*Cancer ruricola*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 539.

SEBA. *Mus.*, tom. 3, pl. 20, fig. 5.

HERBST. *Canc.*, tab. 5, fig. 36. — tab. 49, fig. 1.

Habitat in America meridionali.

SPEC. 3. OCYPODE *CORDATA*. *Ocypode en cœur*.

O. *Testa* truncato-subcordata, supra sensim convexa; tarsi lineis quatuor elevatis, serratis.

*Ocypode ruricole*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 55, pl. 44, fig. 2.

*Cancer cordatus*. LINN. *System. nat.*, edit. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1059.

HERBST. *Canc.*, tab. 10, fig. 57.

Habitat cum præcedentibus.

SPEC. 4. *OCYPODE CERATOPHTHALMA*. *Ocypode cératophthalme*.

O. Testa rhomboido-quadrata; brachiis granulatis; manibus cordatis; oculorum pedunculis ultra illorum apicem in spinam productis; spina glabra.

*Ocypode ceratophthalma*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 547.

*Ocypode ceratophthalme*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 47, pl. 45, fig. 1, 2.

*Cancer cursor*? LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1058.

*Cancer ceratophthalmus*. PALL. *Spicil. zool.*, fasc. IX, pl. 5, fig. 7.

Habitat in maris Indici Orientalis littoribus.

ANNOTATIO. *Cancér vocans LINNÆI* idem ac *ocypode Mara-coani*, nobis. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 46.

*Ocypodis* affine *Mictyridis* genus.

## XX. GENUS. *GRAPSUS*. *Grapse*.

*Grapsus*, LAM. — *Alpheus*, DALD. — *Cancer*, LINN., DE GEER, FABRICII.

Oculi pediculo brevi, testæ ex angulis anticis prodeuntes. Testa quadrata, depressa. Antennæ interiores sub clypeo reflexo absconditæ.

SPEC. 1. *GRAPSUS VARIUS*. *Grapse mélangé*.

G. Testa postice lateribus plicata, antice ad angulos bidentata; fronte plicis quatuor; brachiis brevibus, digitis apice concavis.

*Grapse*

Ord. I. Fam. I., Cancerides. 55

*Grapse mélangé*, LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 67.

*Cancrè madré*? RONDEL. *Hist. des Poiss.*, liv. 18, ch. 18.

HERBST. *Canc.*, tab. 20, fig. 114.

Habitat in mari Mediterraneo, littoribus gallicis. Dom. MARCELL SERRES, Monspeulanus.

SPEC. 2. *GRAPSUS PICTUS*. *Grapse peint.*

G. Testa postice lateribus plicata, antice ad angulos bidentata; fronte plicis quatuor dentatis; digitis apice concavis; carpis intus valide unidentatis.

*Grapse peint.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 69, pl. 47, fig. 2.

*Cancer grapsus*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1048. — *Amœn. acad.*, tom. 4, tab. 5, fig. 10.

*Cancer grapsus*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 542.

SEBA. *Mus.*, tom. 5, tab. 18, fig. 5, 6.

HERBST. *Canc.*, tab. 5, fig. 55; tab. 47, fig. 7.

Habitat in America Meridionali.

SPEC. 5. *GRAPSUS CRUENTATUS*. *Grapse ensanglanté.*

G. Testa postice lateribus plicata, ad angulos anticis bidentata; fronte plicis quatuor edentulis; digitis conicis; carpis spinoso-tuberculatis.

*Grapse ensanglanté.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 70.

*Crabe de terre*. DE GEER. *Mém. s. l. insect.*, tom. 7, pag. 417, pl. 25, fig. 1.

HERBST. *Canc.*, tab. 3, fig. 34.

Habitat in America Meridionali.

XXI. GENUS. *PLAGUSIA*. *Plagusie.*

*Cancer*, LINN., FAB. — *Grapsus*, LAM. — *Alpheus*, DALDORF.

*Oculi* pedunculo brevi, testæ ex angulis anticis præ-

decentes. Testa quadrata. Antennæ interiores in clypei fossulis duabus superioribus receptæ

SPEC. 1. *PLAGUSIA CLAVIMANA*. *Plagusie clavimane*.

P. Depressa; clypei medio testæque lateribus quadridentatis; manibus clavatis.

SEBA. Mus., tom. 5, tab. 19, fig. 21.

Habitat in Oceano Indiæ Orientalis, Australasiam versus.

SPEC. 2. *PLAGUSIA DEPRESSA*. *Plagusie aplatie*.

P. Depressa; clypei medio duobus, testæ lateribus quinque, dentibus; tuberculis dorsalibus nudis.

*Cancer depressus*. FAB. Suppl. entom. system., pag. 543.

*Grapse aplati*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 6, pag. 66, pl. 47, fig. 1.

HERBST. Canc., tab. 5, fig. 55.

Habitat in maris Mediterraneæ littoribus.

SPEC. 3. *PLAGUSIA SQUAMOSA*. *Plagusie écailleuse*.

P. Depressa; clypei medio duobus, testæ lateribus quinque, dentibus; tuberculis dorsalibus ciliato-squamosis.

*Grapse squameux*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 6, pag. 75.

HERBST. Canc., tab. 20, fig. 113.

Habitat. . . . .

SPEC. 4. *PLAGUSIA SEMICYLINDRICA*. *Plagusie demicylindrique*.

P. Testa elevata, lateribus integerrimis.

*Cancer semicylindricus*. FAB. Suppl. entom. system., pag. 544.

Habitat in Oceano Indico, cum *cancere aurito* Fabricii, forte novi generis.

XXII. GENUS. *PINNOTHERES*. *Pinnothère*.

*Cancer*, LINN, FAB. — *Alpheus*, DALDORFF.

Testa orbiculato - quadrata, aut ovato - orbiculata.

Ord. I. Fam. I., Cancerides. 55

*Palporum geminorum caules interni basi coaliti. Animal in conchis bivalvibus degens.*

SPEC. 1. *PINNOTHERES PISUM. Pinnothère pois.*

P. Testa orbiculato-quadrata, molliuscula, rufescente; manibus oblongis; cauda lata.

*Pinnothère pois. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 6, pag. 85.*

*Cancer pisum. LINN. System. nat., ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1059.*

*Cancer pisum. FAB. Suppl. entom. system., pag. 345.*

*SLOAN. Jamaic., tom. 2, tab. 245, fig. 1.*

*HERBST. Canc., tab. 2, fig. 21.*

Habitat in Oceano.

SPEC. 2. *PINNOTHERES MYTILORUM. Pinnothère des Moules.*

P. Testa ovato-orbiculata, antice subangustiore, convexa, solida, albida; manibus ovatis; digitis arcuatis.

*Pinnothère des Moules. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 6, pag. 85, pl. 48, fig. 1.*

*Cancer varians. OLIV. Encycl. méth. hist. nat., tom. 6 pag. 155.*

*RONDEL. Hist. des Poiss., liv. 18, chap. 25.*

*BAST. subsec. 2, pag. 26, tab. 4, fig. 1 et 2, A, a.*

*HERBST. Canc., tab. 2, fig. 24, 27.*

Habitat in Mytilis.

OBSERVATIO. *Cancer minutus*, Linnæi, Fabricii, (*HERBST. Canc., tab. 2, fig. 32.*) ad grapsos revocandus ejusque synonymia respuenda.

Canceres, *pinnophylax*, *pinnotheres*, Linnæi, animalia mihi incognita.

F A M I L I A S E C U N D A.

O X Y R Y N C H I. O X Y R Y N Q U E S.

*Testa subovata, vel triangularis: diametro longita*

dinali transversum superante. *Antennae* interiores in multis exsertæ.

I. *Pedes omnes tarsis conicis, non natatoriis.*

XXIII. GENUS. *LEUCOSIA*. *Leucosie*.

*Testa* subovata, convexa (plerisque maxima parte leviuscula). *Palpi* gemini externi caulibus æqualibus, angustis; illorum articulo secundo sensim acuminato, testæ marginem anticum attingente. *Antennæ oculique* minuta.

SPEC. 1. *LEUCOSIA NUCLEUS*. *Leucosie noyau*.

L. Clypeo antice bidentato; testæ margine postico bicrenato, spina utrinque parva, supera; brachiis elongatis filiformibus.

*Leucosia nucleus*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 551.

*Leucosie noyau*. LATR. *Hist. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 115.

*Cancer nucleus*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1042.

*Cancer macrochelos*. ALDROV. *Crustat.*, lib. 2, cap. 23.

HERBST., *Canc.*, tab. 2, fig. 14.

ROEM. *Gener. insect.*, tab. 51, fig. 5.

Habitat in mari Mediterraneo.

SPEC. 2. *LEUCOSIA CRANIOLARIS*. *Leucosie craniolaire*.

L. Testa granulata, antice supra depressa, margine postico crenulato, spinis nullis; clypeo medio unidentato; brachiis infra verrucosis; manibus cylindricis, compressis; digitis conicis, latere interno acuto, dentato.

*LEUCOSIA CRANIOLARIS*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 350.

*Leucosie craniolaire*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 117.

*Cancer craniolaris*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1041. — Mus. Lud. Ulr., pag. 451.

Ord. I. Fam. II., Oxyrynchi. 37

RUMPH. Mus., tab. 10, fig. A, B.

SEBA. Mus., tom. 5, tab. 19, fig. 10.

HERBST. Canc., tab. 2, fig. 17.

Habitat ad littora Malabarica.

XXIV. GENUS. *MAJA*. *Maïa*.

*Maja*, LAM.—*Cancer*, LINN.—*Inachus*, parthenope, DALD., FABRICII.

*Testa* subtriangularis (plerumque scabra et antice rostrata). *Palporum* geminorum externorum caulis internus articulis duobus baseos latis. *Oculi* intervallo distantes. *Pedes* consimiles; postici nec minuti, nec spurii.

I. *Brachia* crassissima, ad angulum rectum extensa, manibus illorum lateri antico subparallele incumbentibus.

SPEC. 1. *MAJA HORRIDA*. *Maïa* horrible.

M. *Testa* spinosa, superficie valde inæquali; cauda cariosa; manibus ovalis.

*Maïa* horrible. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 6, pag. 106, pl. 49, fig. 2.

*Cancer horridus*, LINN. System. nat., ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1047. — Mus. Lud. Ulr., pag. 442.

*Parthenope horrida*. FAB. Suppl. entom. system., pag. 555.

HERBST. Canc., tab. 14, fig. 88.

Habitat in Oceano Asiatico.

II. *Brachia* haud crassissima, porrecta.

1. *Pedes* paris secundi nec corpore triplo longiores, nec graciles.

SPEC. 2. *MAJA SQUINADO*. *Maïa* squinado.

M. *Testa* muricata; fronte spinis duabus, latere singulo sex, elongatis, conicis; brachiis pedibus duobus sequentibus vix longioribus; manibus cylindricis, lævibus; digitis edentulis.

*Maïa squinado*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 95.

*Cancer maja*. SCOP. *Entom. carn.*, n°. 1126.

*Cancer spinosus*. OLIV. *Encycl. méth. hist. nat.*, tom. 6, pag. 173.

*Pagurus venetorum*, mas et femina; *cancer maja*. ALDROR. *Crustal. lib. 2*, cap. 18.

SEEA. *Mus.*, tom. 5, tab. 18, fig. 2, 3.

HERBST. *Canc.*, tab. 14, fig. 84, 85, junior.

Habitat in mari Mediterraneo.

ANNOTATIO. *Cancer cornutus* Linnæi idem forte, junior, ut descriptione (*Mus. Lud. Ulricæ*) constare videtur. *Cancer araneus* ejusdem idem ac *cancer Bufo* Domini Herbst.

SPEC. 3. *MAJA ARMATA*. *Maïa armé*.

M. Testa elongato-trigona, gibbis dorsalibus, tomentosa, postice tridentata; clypeo spinis duabus, validis, porrectis; manibus elongatis.

*Maïa armé*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 98.

*Cancer hirsutus minor*. ALDROR. *Crust.*, lib. 2, cap. 19.

PLANC. *Conc. app.*, tab. 4, B.

HERBST. *Canc.*, tab. 16, fig. 92.

*Inachus opilio*? FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 556.

Habitat in mari Mediterraneo.

OBSERVATIO. Accedit *canceri muscoso* Linnæi. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1045.

2. *Pedes paris secundi corpore triplo longiores, graciles.*

SPEC. 4. *MAJA SAGITTARIA*. *Maïa sagittaire*.

M. Rostro longissimo, utrinque serrato; pedibus spinosulis; brachiis elongatis.

*Inachus sagittarius*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 559.

*Macrope sagittaire*. LATR. *Hist. des Crust. et des Insect.*, tom 6, pag. 112.

Habitat in insula Guadeloupe.



XXV. GENUS. *MACROPUS*. *Macrope*.

*Cancer*, LINN. — *Inachus*, FABRICII.

*Testa* subtriangularis (inæqualis et antice rostrata). *Palpi* gemini externi, angusti, porrecti; articulo secundo caulis interni elongato. *Oculi* distantes. *Pedes* consimiles; postici nec minuti, nec spurii.

SPEC. 1. *MACROPUS LONGIROSTRIS*. *Macrope long-bec*.

M. *Testa* pubescente, antice spinis tribus erectis; postice tuberculis obtusis; rostro bifido.

*Macrope long-bec*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 110.

*Cancer dodecos*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1046.

*Inachus longirostris*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 358.

VILL. *Entom.*, tom. 4, pag. 145, tab. 11, fig. 12.

RONDEL. *Hist. des Poiss.*, liv. 18, chap. 24.

SEBA. *Mus.*, tom. 5, tab. 20, n<sup>o</sup>. 15.

Habitat in mari Mediterraneo.

OBSERVATIO. *Cancer tribulus* Linnæi (HERBST, tab. 16, fig. 90). Habitu quamvis generi affinis, *maja* tamen instrumentorum cibariorum forma. *Testa* obcordata, nec antice valde attenuata et elongato-bifida, ut in *macropode* præcedenti; oculi angulo prominulo tecti; manus ovate, læves.

XXVI. GENUS. *LITHODES*, *Lithode*.

*Cancer*, LINN. — *Inachus*, DALD., FAB. — *Maja*, LAMARCK.

*Testa* subtriangularis (inæqualis, antice rostrata). *Palpi* gemini externi caulibus subcylindricis, angustis. *Oculi* sub rostro approximati. *Pedes* postici minuti, spurii.

SPEC. 1. *LITHODES ARCTICA*, *Lithode arctique*.

*Cancer maja*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1046. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 2051.

*Inachus maja*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 358.

*Maïa Araignée*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 91, pl. 48, fig. 2.

SEEA. *Mus.*, tom. 3, tab. 18, n<sup>o</sup>. 10, et tab. 22, fig. 1.

HERBST. *Canc.*, tab. 15, fig. 87.

Habitat in Oceano Norwegico.

ANNOTATIO. Generi *Parthenope* a clarissimo Fabricio errore calami etiam adjecta.

### XXVII. GENUS. *CORYSTES*, *Coryste*.

*Albunea*, FAB. — *Cancer*, HERBST.

*Testa* subovata. *Antennæ* exteriores porrectæ, corporis longitudine. *Palporum* geminorum externorum caulis interni articulus secundus elongatus, sensim versus apicem angustatus.

SPEC. 1. *CORYSTES DENTATUS*, *Coryste denté*.

*Coryste denté*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 122.

*Albunea dentata*. FAB. *Suppl. entom. system.*, p. 398.

HERBST. *Canc.*, tab. 12, fig. 72, *mas*, et fig. 71, *femina*.

Habitat in Oceano Europæ.

OBSERVATIO. *Cancer Cassilaunus* Pennant, *Corystes longimanus* nobis, *mas*.

### XXVIII. *MICTYRIS*, *Mictyre*.

*Testa* subovata, postice truncata, elevata. *Antennæ* brevissimæ. *Palporum* geminorum externorum caulis interni articulus baseos amplissimus. *Brachia* ad carpi basin geniculato-inflexa.

SPEC.

SPEC. 1. *MICTYRIS LONGICARPUS*. *Mictyre long-carpe*.

Corpus subovatum, crassum, antice paulo angustius, postice truncatum, pallide flavescens, molle, novem circiter lineas longum. Testa lineis duabus longitudinalibus, impressis, dorsalibus; margine antico medio inflexo, rotundato, ut in *Ocypodis*, angulis lateralibus et externis, pone oculos, in dentem prominulis; margine postico pilis brevibus, nigris, ciliato. Oculi globosi, pediculo parvo, sub testæ margine antico, transverse recipiendi, ut in *Ocypodis*. Brachia porrecta, inflexa; articulo secundo baseos interne valide unidentato; sequenti trigono, apice infero denticulis tribus; carpo elongato, fere obconico-triquetro, subarcuato, interne villosulo; manu brevi, valde compressa, lineis elevatis; digitis elongatis, gracilibus; pollice valide unidentato. Pedes alii corpore duplo longiores subverticaliter a basi ad medium longitudinis erecti, deinde inflexi, compressi, tarsis sulcatis, compressis: paribus primo secundoque longioribus, subæqualibus.

In Oceano Indiæ orientalis, e Museo Hist. natur. gallico.

XXIX. GENUS. *DORIPPE*. *Dorippe*.

*Dorippe*, DALD., FAB., LAM. — *Cancer*, LINNÆI.

*Testa* subovata, depressa, antice angustior, truncata. *Pedes* quatuor pœstici dorsales, prehensiles, articulis duobus ultimis brevioribus.

SPEC. 1. *DORIPPE QUADRIDENS*. *Dorippe à quatre dents*.

D. Clypei medio, dentibus quatuor, lateralibus brevioribus; testæ lateribus ad medium unidentatis; femoribus quatuor anticis subdentatis.

*Dorippe quadridens*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 361.

*Dorippe à quatre dents*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 125.

*Cancer lanatus*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1044.

*Cancer hirsutus et alius prone et supine.* ALDROV. — Crust., lib. 2, cap. 19.

PLANC. Conc., tab. 5, fig. 1.

HERBST. Canc., tab. 11, fig. 67.

Habitat in mari Mediterraneo.

II. Pedes aliqui saltem natatorii, articulo ultimo compresso, foliaceo.

XXX. GENUS. ORITHYIA. *Orithyie.*

*Orithyia*, DALD., FABRICII.

*Pedes* duo postici tantum natatorii.

SPEC. 1. ORITHYIA MAMILLARIS. *Orithyie mamelonnée.*

*Orithyia mamillaris.* FAB. Suppl. entom. system., pag. 365.

*Orithyie mamillaire.* LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 6, p. 150, pl. 50, fig. 5.

HERBST. Canc., tab. 18, fig. 101.

Habitat in Oceano Indico.

XXXI. GENUS. MATUTA. *Matute.*

*Matuta*, DALD., FAB., LAM. — *Cancer*, DE GEER.

*Pedes* omnes, duobus anticis brachiisve exceptis, natatorii, in eadem linea horizontali inserti.

SPEC. 1. MATUTA VICTOR. *Matute vainqueur.*

M. Testa undique punctata, postice non striata.

*Matuta victor.* FAB. Suppl. entom. system., pag. 369.

*Matute vainqueur.* LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 6, pag. 24, pl. 44, fig. 1.

*Crabe à pattes plates.* DE GEER. Mém. s. l. Insect., tom. 7, pag. 425, pl. 26, fig. 4, 5.

RUMPH. Mus., tab. 7, fig. S.

SEB. Mus., tom. 5, tab. 20, fig. 10, 11.

HERBST. Canc., tab. 6, fig. 44; tab. 48, fig. 6.

Habitat in Oceano Indico.

XXXII. GENUS. *RANINA*. *Ranine*.

*Ranina*, LAM. — *Albunea*, FAB. — *Cancer*, LINNÆI.

*Pedes* omnes, duobus anticis brachiisve exceptis, natatorii; paria duo aliis duobus superposita. *Manus* monodactylæ, digito arcuato (subfalcato).

SPEC. 1. *RANINA SERRATA*. *Ranine dentée*.

R. Brachiis valide dentatis; testæ margine antico lobis dentatis.

*Ranine dentée*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 155, pl. 51, fig. 1.

*Cancer raninus*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1059. — Mus. Lud. Ulr., pag. 450.

*Cancer raninus*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 438.

Ejusd. *Albunea scabra?* *Suppl. entom. system.*, pag. 398.

RUMPH. *Mus.*, tab. 7, fig. T. V.

HERBST. *Canc.*, tab. 22, fig. 1.

Habitat in Oceano Indiæ Orientalis.

SPEC. 2. *RANINA DORSIPES*. *Ranine dorsipède*.

R. Testæ margine antico septem dentato; manibus dentibus exiguis.

*Ranine dorsipède*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, p. 155.

*Cancer dorsipes*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1055. — Mus. Lud. Ulr., pag. 452.

*Albunea dorsipes*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 397.

RUMPH. *Mus.*, tab. 10, fig. 5.

Habitat in Oceano Indico et Australi.

## T R I B U S S E C U N D A.

M A C R O U R I . M A C R O U R E S .

*Exochnata*, (classis) FABRICII.

## F A M I L I A T E R T I A.

P A G U R I I . P A G U R I E N S .

*Appendices foliaceæ*, aut lamellæ, caudæ apicis latera-  
liter insertæ, ab appendice illius media et terminali dis-  
tantes, nec cum illa in flabellum conniventes.

I. *Antennæ interiores pedunculo setis duabus articulatis  
apicis multo brevioribus. Pedes aliqui natatorii, articu-  
love ultimo compresso, foliaceo. Manus digito nullo  
aut unico.*

XXXIII. GENUS. *ALBUNEA*. *Albunée*.*Albunea*, DALD., FAB., LAM. — *Cancer*, LINNÆI.

*Manus monodactylæ*, digito uncinato. *Pedes* postici  
minuti, filiformes, spurii; cæteri articulo ultimo com-  
presso, falcato.

SPEC. 1. *ALBUNEA SYMNIATA*. *Albunée symniste*.

A. Testa antice serrata.

*Albunea symnista*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 597.*Albunée symniste*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*,  
tom. 6, p. 172, pl. 51, fig. 4.*Cancer symnista*. LINN. *System. nat.*, ed 13, tom. 1, pars 2,  
pag. 1053. — *Mus. Lud. Utr.*, pag. 453.*HERBST Canc.*, tab. 22, fig. 1.

Habitat in Oceano Indico.

XXXIV. GENUS. *REMIPES*. *Remipède*.

*Hippa*? *FABRICII*.

*Brachia* pedum sequente pari breviora, digito apicali unciformi; istorum tarsi compressi, conici. *Pedes* cæteri natatorii, consimiles.

SPEC. 1. *REMIPES TESTUDINARIUS*. *Remipède tortue*.

*Hippa adactyla*. *FAB. Suppl. entom. system.*, pag. 570?

*HERBST. Canc.*, tab. 22, fig. 4?

Testa pollicis longitudine, subovalis, rubescente-flavescens, subtiliter rugosula, margine antico dentibus quinque, tribus internis, medio præsertim, brevioribus. Oculi pediculo tenui, cylindrico, sub dentibus lateralibus inserti. Antennæ mediæ superæ, subrecurvæ, pilis ciliatæ, pedunculo crasso; exteriores sub præcedentibus inflexæ, pedunculo squamatim-articulato, caule duplici, elongato, hirsutissimo. Cauda segmento baseos aliis multo latiore, lineis impressis, transversis; ultimo magno, elongato-triangulari.

Habitat in Oceano Australasia.

XXXV. GENUS. *HIPPA*. *Hippe*.

*Hippa*, *FAB.*, *LAM.* — *Emerita*, *GRONOV.* — *Cancer*, *LINNÆI*.

*Brachia* manu compressa, ovata, adactyla. *Pedes* secundi tertiique paris tarso lunato, quarti trigono; postici minuti, filiformes, spurii.

SPEC. 1. *HIPPA EMERITUS*. *Hippe émérite*.

H. Cauda inflexa, articulo ultimo ovato.

*Hippa emeritus*. *FAB. Suppl. entom. system.*, pag. 570.

*Hippe émérite*. *LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, p. 176, pl. 52, fig. 1.

*Cancer emeritus*. *LINN. System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1055.

*Emerita GRONOV. Zooph*, n<sup>o</sup>. 1000, tab. 17, fig. 8, 9.

PETIT. Pereg., tab. 20, fig. 9.

HERBST. Canc., tab. 22, fig. 5.

Habitat in mari Indico.

II. *Antennæ interiores pedunculo setis duabus articulatis apicis longiore. Pedes haud natatorii, tarsi conici. Manus didactylæ. (Animalia parasitica, conchas univalves incolentia; cauda molli.)*

XXXVI. GENUS. *PAGURUS. Pagure.*

*Pagurus*, DALD., FAB., LAM. — *Cancer*, LINN. — *Astacus*, DE GEER.

SPEC. 1. *PAGURUS BERNHARDUS. Pagure Bernard.*

P. Brachiis pilosis, muricatis, dextro majore; manibus subcordatis, digitis latis; antennarum exteriorum pedunculo appendice elongato.

*Pagurus Bernardus*. FAB. *Suppl. entom. system.*, p. 411.

*Pagure Bernard*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 160.

*Cancer Bernardus*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1049. — *Mus. Lud. Utr.*, pag. 454. — *Faun. Succ.*, ed. 2, n°. 2052.

*Ecrevisse Bernard l'ermite* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 405, pl. 23, fig. 5, 6.

RONDEL. *Hist. des Poiss.*, liv. 17, chap. 21.

HERBST. *Canc.*, tab. 22, fig. 6.

Habitat in Oceano Europæ, conchas univalves, vacuas, Helices Linnæi præsertim, inhabitans; crescens domum mutat.

## F A M I L I A Q U A R T A.

### PALINURINI. LANGOUSTINES.

*Appendices foliaceæ (aut lamellæ) laterales caudæ apicis. cum intermedia conniventes, pinnam natatoriam*



et flabelliformem efformantes. *Antennæ* interiores pedunculo setis articulatis apicis longiore.

I. *Pedes* duo antici aliis fere consimiles, majores tantum, articulo ultimo conico; *manibus* didactylis nullis. *Antennæ* exteriores pone oculos haud insertæ.

XXXVII. GENUS. *SCYLLARUS*. *Scyllare*.

*Scyllarus*, FAB., DALD., LAM. — *Cancer*, LINNÆI.

*Antennæ* exteriores articulis latissimis, squamiformibus, cristam æmulantes. *Oculi* distantes.

SPEC. 1. *SCYLLARUS LATUS*. *Scyllare large*.

S. Testa granulata; articulo squamiformi antennarum exter-  
narum apicis margine integro.

*Scyllare large*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*,  
tom. 6, pag. 182.

RONDEL. *Hist. des Poiss.*, liv. 18, chap. 5.

GESNER, *Hist. anim.*, tom. 5, pag. 1097.

Habitat in mari Mediterraneo; parum differt a *S. australi*  
Fabricii.

SPEC. 2. *SCYLLARUS ARCTUS*. *Scyllare Ours*.

S. Antennis exterioribus, cristisve, valde dentatis; testa  
supra trifariam dentata; marginis antico medio appendicibus  
nullis squamiformibus; segmentorum abdominis lateribus eden-  
tulis.

*Scyllarus Arctus*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 477.  
— *Suppl. entom. system.*, pag. 398.

*Scyllare Ours*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*,  
tom. 6, pag. 180.

*Cancer Arctus*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2,  
pag. 1055. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 2040.

RONDEL. *Hist. des Poiss.*, liv. 18, chap. 6.

ROEM. *Gener. Insect.*, tab. 52, fig. 5.

HERBST. *Canc.*, tab. 30, fig. 5.

Habitat in Oceano Europæ.

XXXVIII. GENUS. *PALINURUS*. *Langouste*.

*Palinurus*, DILD., FAB., LAM. — *Cancer*, LINNÆI.

*Antennæ* externæ setosæ (longissimæ, aculeatæ).

*Oculi* pedunculo communi transverso.

SPEC. 1. *PALINURUS VULGARIS*. *Langouste commune*.

P. Spinis superocularibus subtus dentatis; segmentis abdominalis sulco transverso, medio interrupto.

*Palinurus quadricornis*, FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 401.

*Langouste commune*, LATR. *Annal. du Mus. d'Hist. nat.*, cah. 17, pag. 591.

— Ejusd. *Langouste quadricorne*. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 195.

*Ecrevisse langouste*, OLIV. *Encycl. méth. Hist. nat.*, tom. 6, pag. 545.

RONDEL. *Hist. des poiss.*, liv. 18, chap. 1.

PETIV. *Mus.*, tab. 154, n<sup>o</sup>. 5.

HERBST. *Canc.*, tab. 29, fig. 1.

Habitat in mari Mediterraneo.

II. *Pedes* duo antici a sequentibus forma diversi, brachia manibus didactylis, referentes; postici minuti. *Antennæ* exteriores pone oculos insertæ.

XXXIX. GENUS. *PORCELLANA*. *Porcellane*.

*Porcellana*, LAM., BOSC. — *Cancer*, LINN., FABRICII.

*Testa* suborbiculato-quadrata. *Palporum* geminorum externorum caulis interni articulus bascos planus, latere interno dilatatus (1).

---

(1) In *Porcellanis Galatheisque* lamina media caudæ sulco longitudinali in duo divisa, vel margine postico emarginato.

SPEC. 1. *PORCELLANA HEXAPUS*. Porcellane à six pattes.

P. Testæ margine antico dentibus tribus crenatis, medio emarginato; chelis glabris.

*Porcellane hexape*. BOSCH. *Hist. des Crust.*, tom. 1, pag. 255.

*Porcellane à six pattes*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 75.

*Cancer hexapus*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1059.

*Cancer hexapus*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 445.

HERBST. *Canc.*, tab. 47, fig. 3, C.

Habitat in Oceano Europæ.

OBSERVATIO. P. *Longicornis* (*cancer longicornis*, LINN.) clypei dente medio integro, chelis striatis, ab illa solum differt. vide HERBST. *Canc.*, tab. 47, fig. 4, D.

SPEC. 2. *PORCELLANA PLATYCHELES*. Porcellane large-pince.

P. Testæ margine antico dentibus tribus integris; chelis maximis; carpis interne denticulatis; manibus extus ciliatis.

*Porcellane large-pince*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 75, pl. 47, fig. 3, 4.

*Crabe large-pince*. OLIV. *Encycl. meth. Hist. nat.*, tom. 6, pag. 155.

PENNANT. *Brit. zool.*, pag. 6, tab. 6, fig. 12.

HERBST. *Canc.*, tab. 2, fig. 26. — tab. 47, fig. 2, B.

Habitat in Oceano Europæ.

**XL. GENUS. GALATHEA.** Galathée.

*Galathea*, FAB., DALD., LAM. — *Cancer*, LINN. — *Astacus*, DE GEER.

*Testa ovata*. Palporum geminorum externorum caulis interni articulus baseos nec planus, nec latere interne dilatatus.

SPEC. 1. *GALATHEA STRIGOSA*. Galathée striée.

G. Testa autorsum rugosa; spinis ciliata; rostro acuto, septemdentato.

*Galathea strigosa*. FAB. Entom. system., tom. 2, pag. 471.  
—Suppl. entom. system., pag. 414.

*Galathée striée*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 6, pag. 198, pl. 53, fig. 2.

*Cancer strigosus*. LINN. System. nat., ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1052. — Faun. Suec., ed. 2, n°. 2036.

*Ecrevisse striée*. DE GEER. Mém. s. l. Insect., tom. 7, pag. 393, pl. 25, fig. 1.

SEEA. Mus., tom. 3, tab. 19, fig. 19, 20.

HERBST. Canc., tab. 26, fig. 2.

Habitat in Oceano Europæ.

## F A M I L I A Q U I N T A.

### ASTACINI. HOMARDIENS.

*Appendices foliaceæ* (aut lamellæ) laterales caudæ apicis cum intermedia conniventes, pinnam natatoriam et flabelliformem efformantes. *Antennæ interiores* pedunculo setis articulatis apicis breviores.

#### I. *Manus didactylæ.*

1. *Antennæ sub oculis insertæ* (aut interiores) setis articulatis duabus.

#### XII. GENUS. *ASTACUS*. *Ecrevisse*.

*Astacus*, GRONOV., DE GEER, FAB., OLIV., LAM.  
— *Cancer*, LINN., GEOFFROI.

*Palporum* geminorum externorum caulis interni articuli baseos crassi, angulati. *Antennæ* in eadem fere linea horizontali transversaque insertæ; exteriorum pedunculo squama nulla suffulto, aut squama parva. *Pedes* sex antici didactyli; priores duo maximi. *Tabella media* pinnæ natatoricæ caudæ apicis basi latiore aut paululum angustiore.

Ord. I. Fam. V., *Astacini.* 51

SPEC. 1. *ASTACUS MARINUS.* *Ecrevisse Homard.*

A. Testa haud cælata; rostro manibusque dentatis.

*Astacus marinus.* FAB. *Entom. system. tom. 2, pag. 478.*

— *Suppl. entom. system., pag. 406.*

*Ecrevisse Homard.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 6, pag. 255.*

*Cancer Gammarus.* LINN. *System. nat., ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1050.* — *Faun. Suec., ed. 2, n°. 2055.*

RONDEL. *Hist. des Poiss., liv. 18, chap. 2.*

HERBST. *Canc., tab. 25.*

Frequens in Oceano.

SPEC. 2. *ASTACUS FLUVIATILIS.* *Ecrevisse de rivière.*

A. Testa haud cælata; rostro dentato; manibus tuberculis crassis dentibusque nullis.

GRONOV. *Zooph., n°. 977.*

*Ecrevisse de rivière.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom. 7, pag. 565, pl. 20, fig. 1.*

*Astacus fluviatilis.* FAB. *Entom. system., tom. 2, pag. 478.* — *Suppl. entom. system., pag. 406.*

*Ecrevisse de rivière.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 6, pag. 255.*

*Cancer Astacus.* LINN. *System. nat., ed. 15, pars 2, pag. 1051.* — *Faun. Suec., ed. 2, n°. 2054.*

*L'Ecrevisse.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom. 2, pag. 666.*

*Ræs. Insect., tom. 5, tab. 54 — 57.*

HERBST. *Canc., tab. 25, fig. 9.*

Habitat in Europæ rivis, fluviis.

XIII. GENUS. *THALASSINA.* *Thalassine.*

*Astacus?* FABRICII.

*Palporum geminorum externorum caulis interni articuli baseos crassi, angulati. Antennæ in eadem fere linea insertæ, exteriorum pedunculo squama nullo suffulto, aut squama parva. Pedes quatuor antici didactyli.*

priores duo maximi. *Tabella media pinna natatoria caudalis apice basi paulo minus angustiore.*

SPEC. 1. *THALASSINA SCORPIONIDES. Thalassine scorpionide. Astacus scaber ? FAB. Suppl. entom. system., pag. 407.*

Corpus magnitudine *Astaci fluviatilis*. Testa ovata, lateribus compressa, spinulis scabra; dorso lineis duabus impressis, longitudinalibus, una utrinque, ad marginem posticum convergentibus, ante medium lineam alteram profundius impressam, suturamve, arcuatam, includentibus; rostro antico brevi, triangulari, lateraliter marginato, marginibusque postice in lineam elevatam productis; lineolis duabus elevatis, præcedentibus parallelis, denteque antice terminatis, uno utrinque; lateribus medium versus impressione arcuata, cum serie denticulorum fimbriaque pilosa; margine postico cruciatim impresso, sinuque semicirculari, carina producta secato. Cauda testa paulo longior, multo angustior, subcylindrica; segmentis sex, (ultimo sive pinnato, non computato) supra valde convexis, marginibus lateralibus dilatatis, rotundatis, marginatis, margine crenato; quinque primis utrinque carina elevata, sensim delenda, in primis crenata, in aliis punctata; septimo subconico, appendicibus geminis, angustis, sublinearibus, acutis, una utrinque. Pedes compressi, marginibus superis et inferis denticulatis, in paribus quatuor anticis pilose fimbriatis; brachio dextro majore; manibus subovatis, granulatis, supra et infra denticulatis, hirsutis, carinis duabus denticulatis superis; pollice compresso, conico-elongato, striato; digito infero parvo, e productione dentiformi manus aciei inferæ efformato; pedibus secundi paris fere conformibus. Palpi geminati externi caule interno porrecto, elongato, pilis elongatis hirsuto.

E Museo Historiæ naturalis Gallico.

XLIII. GENUS. *ALPHEUS. Alphée.*

*Alpheus, FAB. — Crangon, DALDORFF.*

*Palporum geminorum externorum caulis interius mem-*

branaceus aut filiformis. *Antennæ* exteriores interioribus mediisve inferæ, squama magna ( sæpius ad apicem externe unidentata ) pedunculo annexa. *Pedes* quatuor antici didactyli; carpi secundi paris articulati. *Tabella media pinnae natatoriae caudalis elongato-subtriangularis, apice basi multo angustiore.*

I. *Pedum par anticum secundo majus.*

SPEC. 1. *ALPHEUS AVARUS.* *Alphée avaré.*

A. Chelis inæqualibus, difformibus; rostro brevi, subulato.

*Alpheus avarus.* FAB. *Suppl. entom. system*, pag. 404.

*Alphée avaré.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 144.

GRONOV. *Zooph.*, n<sup>o</sup>. 988., tab. 17, fig. 6?

II. *Pedum par secundum antico majus.*

SPEC. 2. *ALPHEUS FLAVESCENS.* *Alphée jaunâtre.*

A. Totus flavescens.

HERBST., tab. 27, fig. 5?

Habitat in Indiæ Orientalis Oceano: e Museo Historiæ naturalis Gallico.

SPEC. 5. *ALPHEUS marmoratus.* *Alphée marbré.*

A. Pallide rufescens, rubro marmoratus.

HERBST., tab. 42, fig. 4?

Habitat in Indiæ Orientalis Oceano: e Museo Historiæ naturalis Gallico.

OBSERVATIO. Congener crustaceum Seba, *Thes.*, tom. 5, tab. 21, n<sup>o</sup>. 7.

XLIV. GENUS. *PENÆUS.* *Penée.*

*Penæus*, DALD., FAB., BOSCH.

*Palporum geminorum externorum caulis internus membranaceus, filiformis. Antennæ* exteriores interioribus mediisve inferæ, squama magna ( sæpius ad apicem externe unidentata ) pedunculo annexa. *Pedes* sex antici

didactyli ( par primum brevius ). *Tabella media pinnæ natatoricæ caudalis elongato-subtriangularis*, apice basi multo angustiore.

SPEC. 1. *PENÆUS MONODON*. *Penée monodon*.

P. Rostro porrecto, ascendente, supra serrato, subtus tridentato. *FAB. Suppl. entom. system.*, pag. 408.

*Penée monodon*. *LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 249.

2. *Antennæ sub oculis insertæ ( aut interiores ) setis articulatis tribus.*

XLV. GENUS. *PALÆMON*. *Palémon*.

*Palæmon*, *DALD.*, *FAB.*, *LAM.* — *Cancer*, *LINNÆI*.

SPEC. 1. *PALÆMON SQUILLA*. *Palémon Squille*.

P. Brachiis rostro testæ vix longioribus, manibus ovato-cylindricis, digitis illarum longitudine; rostro antennarum mediarum pedunculo longiore, supra septem dentato, apice ascendente, producto.

*Palæmon Squilla*. *FAB. Suppl. entom. system.*, pag. 403.

*Palémon Squille*. *LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, p. 257, pl. 54, fig. 2.

*Cancer Squilla*. *LINN. System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1051. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 2037.

*RONDEL. Hist. des Poiss.*, liv. 18, chap. 7.

*HERBST. Canc.*, tab. 27, fig. 1.

Habitat in Oceano Europæ.

## II. *Manus monodactylæ.*

XLVI. GENUS. *CRANGON*. *Crangon*.

*Crangon*, *FAB.*, *LAMARCK*.

SPEC. 1. *CRANGON VULGARIS*. *Crangon vulgaire*.

C. Testa lævi; rostro brevi, edentulo.



Ord. II. Fam. I., Squillares. 55

*Crangon vulgaris*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 410.

*Crangon vulgaire*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 267, pl. 55, fig. 1, 2.

*Cancer Crangon*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1052. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 2058.

*Ræs. Insect.*, tom. 3, tab. 65, fig. 1, 2.

*BAST. Subs.*, tom. 2, p. 27, tab. 3, fig. 1, 2.

*HERBST. Canc.*, tab. 29, fig. 3, 4.

Habitat in Oceano Europæ.

ORDO SECUNDUS.

BRANCHIOGASTRA. BRANCHIOGASTRES.

FAMILIA PRIMA.

SQUILLARES. SQUILLIARES.

*Oculi* pediculo impositi. *Segmentum* corporis caput subsequens majus, thoracicum.

XLVII. GENUS. *SQUILLA*. *Squilla*.

*Squilla*, RONDEL., DE GEER., OLIV., LAN. — *Cancer*, LINNÆI.

*Antennæ* interiores setis articulatis tribus. *Brachia* duo, magna. *Pedes* decem, manu unguiculata; sex alii mutici.

SPEC. 1. *SQUILLA MANTIS*. *Squilla Mante*.

S. Corpore supra lineis plurimis elevatis longitudinalibus; pollicibus sex dentatis.

*Squilla Mante*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 535, pl. 34, fig. 1.

*Squilla Mantis*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 511. — *Suppl. entom. system.*, pag. 416.

*Squilla Mante*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 278, pl. 55, fig. 3.

*Cancer Mantis*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1054 — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 2055.

RONDEL. *Hist. des Poiss.*, liv. 18, chap. 10.

SEBA. *Mus.*, tom. 5, tab. 20, fig. 2, 5.

HERBST. *Canc.*, tab. 55, fig. 1.

Habitat in mari Mediterraneo et Asiatico.

XLVIII. GENUS. *MYSIS*. *Mysis*.

*Cancer*, OTH. FABRICII.

*Antennae* interiores setis articulatis duabus. *Brachia* parva. *Pedes* duodecim apice unguiculati; totidem natorii.

SPEC. 1. *MYSIS SALTATORIUS*. *Mysis sauteur*.

*Cancer pedatus*. OTH. FAB. *Faun. Groën.*, n<sup>o</sup>. 221.

Habitat in mari Groenlandico.

ANNOTATIO. Genus auctoritate Oth. Fabricii, non examine proprio, institutum, de novo elaborandum. Consule *historiam nostram Crustaceorum et Insectorum*, tom. 6, pag. 282.

## F A M I L I A S E C U N D A.

### G A M M A R I N Æ. *Crevettines*.

*Oculi* sessiles. *Segmentum* corporis caput excipiens aliorum magnitudine.

XLIX. GENUS. *PHRONIMA*. *Phronime*.

*Cancer*, FORSKAL.

*Pedes* decem (1); tertio pari longiore, manibus didactylis.

SPEC. 1. *PHRONIMA SEDENTARIA*. *Phronime sédentaire*.

*Phronime sédentaire*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom 6, pag. 289.

(1) Quatuordecim in familiae aliis generibus.

Ord. II. Fam. II., Gammarinæ. 57

*Cancer sedentarius*. FORSK. Faun. Arab., pag. 95.

HERBST. Canc., tab. 56, fig. 8.

In mari Mediterræneo, domum cubico-ventricosam, gelatinosam, rugosam, rigidam, utroque extremo perviam, *Beroe* forte cadaver, inhabitans; hic residet incurva, situm sæpe mutans; cunis illis ova deponit pullosque excludit.

Animal forma, habitationisque architectura singulare; benevolentissime communicavit celeberrimus zootomiæ professor Cuvier.

FIGURARUM EXPLICATIO.

Tab. II, fig. 2. *Phronima sedentaria*, magnitudine naturali, a latere visa.

a, a. Pedes didactyli

fig. 5. Animalis domus.

I. GENUS. *TALITRUS*. *Talitre*.

*Talitrus*, BOSCH. — *Cancer*, LINN. — *Oniscus*, PALL. — *Gammarus*, FABRICII.

*Cauda* appendicibus articulatis, subcylindricis. *Antennæ* indivisæ; superæ (mediæ) inferiorum (externarum) pedunculo breviores; seta articulata et apicalis omnibus. *Pedes* secundi paris soli manu ungue valido, mobili, (*pollice*) instructa.

SPEC. 1. *TALITRUS GAMMARELLUS*. *Talitre Gammarelle*.

T. Chelis magnis; pedibus posticis basi foliaceis.

*Talitre Gammarelle*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 6, pag. 500.

*Cancer Locusta*. SCOP. Entom. carniol., n°. 1156.

GRONOV. Zooph., n°. 990.

*Oniscus Gammarellus*. PALL. Spicil. zool., fasc. 9, tab. 4, fig. 8.

BAST. Opusc. subs., tom. 2, lib. 1, pag. 51, tab. 3, fig. 7, 8.

Habitat in Oceano Europæ *Talitrus Gryllus* Boscii, *Hist. nat. des Crust.*, tom. 2, pag. 152, pl. 15, fig. 2, an distinctus?

SPEC. 2. *TALITRUS LOCUSTA*. Talitre Sauterelle.

T. Chelis parvis.

Talitre Sauterelle. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 299.

*Cancer Locusta*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1055. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 2042.

*Oniscus Locusta*. PALL. *Spicil. zool.*, fasc. 9, tab. 4, fig. 7.

*Gammarus Locusta*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 516.

Habitat in Oceano Europæ.

LI. GENUS. *GAMMARUS*. Crevette.

*Gammarus*, FAB., LAM. — *Cancer*, LINN., GEOFF. — *Squilla*, GRONOV., DE GEER. — *Oniscus*, PALLAS.

*Cauda* appendicibus articulatis, subcylindricis. *Antenne* superæ (mediæve) longiores; pedunculi articulo tertio seta parva. *Pedes* quatuor antici manu, ungue valido, mobili, (pollice) instructa.

SPEC. 1. *GAMMARUS PULEX*. Crevette Puce.

Crevette Puce. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 516, pl. 57, fig. 1.

*Gammarus Pulex*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, p. 516.

*Cancer Pulex*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1055. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 2041.

La Crevette des ruisseaux. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 667, pl. 21, fig. 6.

Squille Puce. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 525, 55, fig. 1, 2.

*Ræs. Insect.*, tom. 5, tab. 62.

Habitat in rivis, fontibus Europæ.

LII. GENUS. *COROPHIUM*. Corophie.

*Cancer*, LINN. — *Astacus*, GRONOV. — *Oniscus*, PALL. — *Gammarus*, FABRICII.

Ord. II. Fam. II., Gammarinæ. 59

*Cauda* appendicibus articulatis, subcylindricis. *Antennæ* inferæ crassissimæ, articulis quinque, seta nulla articulata apicali. *Pedes* duo antici manu parva (ungue mobili, pollice, instructa.)

SPEC. 1. *COROPHIUM LONGICORNE*. *Corophie longicorne*.

*Cancer grossipes*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1055.

*Gronov. zooph.*, n°. 989, tab. 17, fig. 7.

*Oniscus volutator*. PALL. *Spicil. zool.*, fasc. 9, tab. 4, fig. 9.

*Gammarus longicornis*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 515.

*Crevette longicorne*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 518.

Habitat in Oceano Europæ; donavit Jurine, filius.

LIII. GENUS. *CAPRELLA*. *Chevrolle*.

*Caprella*, LAM. — *Cancer*, LINN. — *Gammarus*, FABRICII.

*Cauda* appendicibus nullis. *Corpus* lineare. *Pedes* omnes unguiculati.

SPEC. 1. *CAPRELLA LINEARIS*. *Chevrolle linéaire*.

C. *Pedum* pare primo brevior; secundo longior, chelisque incrassatis, monodactylis.

*Chevrolle linéaire*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 524, pl. 57, fig. 2, 3, 4, 5.

*Caprella scolopendroides*. LAM. *System. des anim. sans vert.*, pag. 165.

*Cancer linearis*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1056.

*Oniscus scolopendroides*. PALL. *Spicil. zool.*, fasc. 9, tab. 10, fig. 15.

*Squilla lobata*. OTH. FAB. *Faun. Groenl.*, n°. 225.

*Gammarus linearis*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 517.

Habitat in Oceano Europæ.

LIV. GENUS. *CYAMUS*. *Cyame*.

*Cyamus*, LATR., LAM. — *Oniscus*, LINN., PALL. —  
*Squilla*, DE GEER. — *Pycnogonum*, FABRICII.

*Cauda* appendicibus nullis. *Corpus* latum, depressum.  
*Pedes* quatuor spurii.

SPEC. 1. *CYAMUS CETI*. *Cyame de la Baleine*.

*Cyame de la Baleine*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 551.

*Oniscus Ceti*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1060 — *Faun. Suec.*, n<sup>o</sup>. 2056.

*Oniscus Ceti*. PALL. *Spic. zool.*, fasc. 9, tab. 4, fig. 14.

*Squille de la Baleine*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pl. 42, fig. 6, 7.

*Pycnogonum Ceti*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 570.

Habitat in Oceani Europæi Balænis, Scombris.

ANNOTATIO. Genera *Symethis*, *Posydon*, mihi ignota.

FINIS CRUSTACEORUM CLASSIS.

# A N I M A L I A

## VERTEBRIS NULLIS, PEDATA.

### CLASSIS SECUNDA.

( *Nona tabulæ generalis* ).

I N S E C T A ( 1 ). I N S E C T E S.

*I. Aptera ; metamorphoses nullæ.*

Segmenta pedigera sep- tem aut am- plius ; uni- cumve, e tho- race cum ca- pite unito , efformatum.	Caput a thora- cediscre- tum ; an- tennæ.	Pedes quatuordecim ; antennæ , in omnibus fere , quatuor ; corpus postice haud pedatum, lamellis , appendici- busve articulatis.	LEGIO PRIMA. TETRACERA. <i>Tétracères.</i>
		Pedes ultra quatuor- decim ; antennæ duæ ; corporis segmenta om- nia , aut ultimo solo excepto , pedata.	LEGIO SECUNDA. MYRIAPODA. <i>Mille-pieds.</i>
		Caput cum thorace unitum ; an- tennæ nullæ. ( Pedes octo aut sex ).	LEGIO TERTIA. ACERA. <i>Acères.</i>
Segmenta pedigera tria ; caput in om- nibus a tho- race discre- tum , anten- natum.			LEGIO QUARTA. APTERODICERA. <i>Aptérodicères.</i>
			LEGIO QUINTA. PTERODICERA. <i>Ptérodicères.</i>

*II. Alata ; metamorphoses.*

(1) Characteres quibus *Crustacea* ab *Insectis* discernuntur fuse exposuimus ; istis *stigmata* , orificiave pro aeris intrusione ; antennæ vel nullæ , vel duæ

## L E G I O P R I M A.

## T E T R A C E R A . T É T R A C È R E S .

*Antennæ* plerisque distinctæ,  
internis mediisve obviis, ex-  
ternarum pedunculi fere longi-  
tudine; per paucis obsoletæ. *Seg-*  
*mentum* corporis ultimum sæ-  
pius præcedente multo majus.

## FAMILIA PRIMA.

A S E L L O T A.

*Asellotes.*

*Antennæ* internæ mediæve  
vix conspicuæ, brevissimæ.

## FAMILIA SECUNDA.

O N I S C I D E S.

*Cloportides.*


---

tantum, paucis quatuor, et tunc os maxillis quatuor ad sum-  
mum, palpis nullis geminis; pedes sex, alæque sapissime;  
apteris, *Tetraceris* exceptis, pedum idem numerus aut octo;  
omnibus oculi immobiles.



## L E G I O P R I M A.

TETRACERA. *Tétracères.*

## F A M I L I A P R I M A.

A S E L L O T A. *Asellotes.*I. *Antennæ distinctæ.*I. GENUS. *ASELLUS.* *Aselle.*

*Asellus*, GEOFF., OLIV., LAM. — *Oniscus*, LINN.  
— *Squilla*, DE GEER. — *Cymothoa*, DILD. — *Idotea*,  
FABRICII.

*Cauda* unico segmento, laminis duabus inferis, foliaceis, biarticulatis, longitudinalibus, parallelis, stylisque duobus bifidis, marginis postici medio insertis. *Antennæ* quatuor, setacæ, apice pluriarticulatæ.

SPEC. 1. *ASELLUS VULGARIS.* *Aselle ordinaire.*

*Aselle d'eau douce.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 672., pl. 22, fig. 2.

*Aselle ordinaire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 559.

*Oniscus aquaticus.* LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1061. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 2061.

*Squille Aselle.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 496, pl. 51, fig. 1.

*Idotea aquatica.* FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 505.

*Entomon hieroglyphicum.* KLEIN. *Dub.*, fig. 5.

SCHÆFF. *Elem. Entom.*, tab. 22.

Habitat in Europæ aquis dulcibus.

II. GENUS. *IDOTEA.* *Idotée.*

*Idotea*, FAB. — *Oniscus*, LINN., PALL. — *Squilla*,

DE GEER. — *Asellus*, OLIV., LAM. — *Cymothoa*, FAB.,  
DALDORFF.

*Cauda* segmentis duobus tribusve, laminis duabus inferis, foliaceis, biarticulatis, longitudinalibus, parallelis. *Antennæ* internæ mediæve superæ, filiformes, quadriarticulatæ.

SPEC. 1. *IDOTEA ENTOMON*. *Idotée Entomon*.

I. Corpore elongato-ovato; segmentis lateraliter prominulis; cauda conica, elongata.

*Idotée Entomon*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 6, pag. 561, pl. 58, fig. 2, 3.

*Oniscus Entomon*. LINN. *System. nat.*, ed. 12, tom. 1, pars 2, pag. 1060. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 2055.

*Squille Entomon*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 514, pl. 52, fig. 1, 2.

PALL. *Spicil. zool.*, fasc. 9, tab. 5, fig. 1, 2.

*Cymothoa Entomon*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 505.

*Entomon pyramidale*. KLEIN. *Dub.*, fig. 1, 2.

Habitat in Oceano Europeo.

SPEC. 2. *IDOTEA TRIDENTATA*. *Idotée tridentée*.

I. Linearis; segmentis medio lateraliter prominulis; cauda elongato-quadrata, apice emarginata medioque unidentata; antennæ externis corporis longitudine.

*Oniscus tridens*. SCOP. *Entom. Carn.*, n°. 1141.

GRONOV. *Zooph.*, n°. 996, tab. 17, fig. 5.

*Cloporte tridenté*. OLIV. *Encycl. méth. Hist. nat.*, tom. 6, pag. 26.

Habitat in Oceano Europæ, inter Fucos. Communicavit Dom. Jurine, filius.

OBSERVAT. Cinerea; cauda fusca, marginibus pallidioribus, apice subtridentata; pedes, primi saltem, articulo penultimo subincrassato. In paucis differt ab *Onisco lineari* Pallas (*Spic. zool.*, fasc. 9, tab. 4, fig. 17); a *Cymothoa chelipede* Fabricii (*entom. system.*,

system., tom. 2, pag. 506). Gronovius speciem hanc ex individuo a Bastero communicato descripsit et delineavit; istum postea ut de inedito insecto locutum fuisse videtur: *Oniscus longus*, *teres*. — *Opusc. subs. 2*, 145, *tab. 14*, *fig. 2*. *Idotea emarginata* Fabricii, *Suppl. entom. system.*, pag. 505, forte et iterum eadem species.

### III. GENUS. SPHEROMA. Sphérome.

*Oniscus*, LINN., PALL. — *Cymothoa*, FAB., DALDORFF.

*Cauda* segmentis duobus; ultimo appendice laterali, gemina, foliacea, pedunculo communi insistente, utrinque instructo. *Corpus* in globum contractile. *Antennæ* setaceæ, multiarticulatae, per paria basi fere coalitæ; superis pedunculo amplissimo.

#### SPEC. 1. SPHEROMA CINEREA. Sphérome cendré.

S. Lævis; segmento ultimo rotundato, utrinque oblique truncato; appendicibus cum illius margine postico conniventibus, lamiis æqualibus, ellipticis, acutis, margine ciliatis aut denticulatis.

*Sphérome cendré*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 16.

*Sphérome cendré*. Bosc. *Hist. nat. des Crust.*, tom. 2, pag. 186.

*Oniscus globator*. PALL. *Spic. zool.*, fasc. 9, *tab. 4*, *fig. 18*.

*Cymothoa serrata*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 510.

Habitat in Oceano Europæ.

### IV. GENUS. CYMOTHOA. Cymothoa.

*Cymothoa*, FAB., DALD. — *Oniscus*, LINN., PALL. — *Asellus*, OLIV., LAMARCK.

*Cauda* segmentis plurimis (ultimo utrinque appendice laterali, gemina, foliacea, instructo). *Segmenta* pedigera pleraque marginibus lateralibus subauctis. An-

tennæ setaceæ, multiarticulatæ, inferne insertæ, per paria, unum super alterum, positæ. ( *Pedes* valide unguiculati. )

SPEC. 1. *CYMOTHOA ASILUS*, *Cymothoa Asile*.

C. Capite postice trilobo; segmentis posticis, ultimo excepto, retrorsum arcuatis, sublunatis; isto semielliptico.

*Cymothoa Asilus*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 305.

*Cymothoa Asile*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 25, pl. 58, fig. 9, 10.

*Oniscus Asilus*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1059. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 2052.

*Oniscus Asilus*. PALL. *Spicil. zool.*, fasc. 9, tab. 4, fig. 12.

RONDEL. *Hist. des Poiss.*, l. 18, chap. 26.

Habitat in Oceano Europæ.

SPEC. 2. *CYMOTHOA ŒSTRUM*, *Cymothoa Œstre*.

C. Ovato-oblonga, ultimo segmento transverso.

*Cymothoa Œstrum*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 505.

*Cymothoa Œstre*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 24.

*Cymothoa ichtiole*. BOSCH. *Hist. nat. des Crust.*, tom. 2, pag. 212.

*Oniscus Œstrum*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1059. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 2055.

*Oniscus Œstrum*. PALL. *Spic. zool.*, fasc. 9, tab. 4, fig. 13.

BRUNNICH. *Entom.*, fig. 5.

Habitat in Oceano Europæ.

II. *Antennæ obsoletæ, vel nullæ.*

V. GENUS. *BOPYRUS*, *Bopyre*.

*Monoculus*, FABRICII.

*Corpus* depressum, planum, subincurvo-ovatum, appendicibus utriusque quatuor, foliaceis, marginalibus,

inferis. *Pedes* minimi, spurii, marginales, arcuati.  
*Cauda* segmento ultimo parvo.

SPEC. 1. *BOPYRUS SQUILLARUM*. *Bopyre des Chevrettes.*

*Bopyre des Chevrettes.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 55, pl. 59, fig. 2 — 4.

*Bopyre des Crustacés.* Bosc. *Hist. nat. des Crust.*, tom. 2, pag. 216.

*Monoculus Crangorum.* FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 506.

FOUGEROUX DE BONDAROV. *Mém. de l'acad. des sciences*, 1772, pag. 29, pl. 1.

Habitat sub Palæmonis Squillæ Testæ lateribus anticis.

EXPLICATIO FIGURARUM.

Tab. II, fig. 4.

*Bopyrus Squillarum*, supinum, auctum, scala longitudinis naturalis adjecta.

FAMILIA SECUNDA.

ONISCIDES. CLOPORTIDES.

VI. GENUS. *LIGIA*. *Ligie*.

*Ligia*, FAB., LAM. — *Oniscus*, LINN., OLIV. —  
*Asellus*, OLIVIER.

*Antennæ* externæ articulo ultimo e pluribus aliis composito. ( *Styli* hini caudales caule duplici, subconico, stipitis, articulative communis baseos, apici inserto. )

SPEC. 1. *LIGIA ITALICA*. *Ligie italique*.

L. *Antennis* corporis fere longitudine, articulo ultimo circiter e septemdecim aliis minimis confecto; *stylis* caudæ exsertis, æqualibus, pedunculis angustis, elongatis.

*Ligia italica.* FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 502

*Ligie italique.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 31.

Habitat in Italiæ aquis.

ANNOTATIO. Conferenda cum *Onisco bicaudato* Scopoli, *Onisco setigero* Olivier.

SPEC. 2. *LIGIA OCEANICA.* *Ligie océanique.*

L. Antennis corpore dimidio brevioribus, articulo ultimo e tredecim aliis confecto; stylis caudæ exsertis, æqualibus, pedunculis brevibus, latis.

*Ligia oceanica.* FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 501.

*Ligie océanique.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 51, pl. 59, fig. 1.

*Oniscus oceanicus.* LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1061.

GRONOV. *Zooph.*, n°. 994, tab. 17, fig. 2.

*Cloporte océanique.* OLIV. *Encycl. méth. Hist. nat.*, tom. 6, pag. 25.

Habitat in Oceano Europæ.

SPEC. 5. *LIGIA HYPNORUM.* *Ligie des Hypnes.*

L. Antennis corpore dimidio brevioribus, articulo ultimo e decem circiter aliis confecto, seta terminali; stylis caudæ exsertis, pedunculi apice interno in dentem setigerum producto; corpore supra fusco cinereoque lutescenti variegato.

*Ligie des Mousses.* BOSCH. *Hist. nat. des Crust.*, tom. 2, pag. 190.

*Ligie des Mousses.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 51.

*Oniscus Hypnorum.* CURT. *Journal d'Hist. nat.*, tom. 2, pag. 19, pl. 26, fig. 5, 4, 5.

*Oniscus Hypnorum.* FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 500.

*Oniscus agilis.* PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 9, fig. 24.

Habitat in littoribus Oceani Britannici, ab entomologo BRÉ-ERSSON mihi transmissa.

SPEC. 4. *LIGIA ONISCIDES*. *Ligie cloportide*.

L. Stylis caudæ haud exsertis, brevissimis; Laciniis apicalibus ovato-lanceolatis.

*Oniscus assimilis*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1061.

BAST. *Subs.*, tom. 2, pag. 144, tab. 13, fig. 3.

*Aselle globuleux*. OLIV. *Encycl. méthod. Hist. nat.*, tom. 4, pag. 256.

*Cymothoa assimilis*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 510.

Habitat in mari Mediterraneo.

VII. GENUS. *PHILOSCLA*. *Philoscie*.

*Oniscus*, LINN., FAB., OLIV., CUVIER.

*Antennæ* externæ articulis octo, basi nudæ. *Caudæ* segmenta prima (octavum, nonum corporis) præcedentibus abrupte angustiora.

OBSERVATIO. Corporis segmentum ultimum, ut in familiæ generibus subsequentibus, stylis quatuor; lateralibus biarticulatis; in *Philosciis*, *Oniscis*, *Porcellionibus*, conicis, elongatis, ultra corpus productis; in *Armadillonibus* vero brevissimis, non prominulis, latis, articulo ultimo triangulari; stylis duobus mediis inferis, uniarticulatis.

SPEC. 1. *PHILOSCLA MUSCORUM*. *Philoscie des Mousses*.

LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7 pag. 43.

*Oniscus Muscorum*. SCOP. *Entom. carn.*, n<sup>o</sup>. 1145.

*Cloporte des Mousses*. OLIV. *Encycl. méth. Hist. nat.*, tom. 6, pag. 24.

*Oniscus sylvestris*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 397.

*Oniscus Muscorum*. CUR. *Journ. d'hist. nat.*, tom. 2, pag. 21, pl. 26, fig. 6, 7, 8.

COQUEB. *Illust. icon. insect.*, dec. 1, tab. 6, fig. 12.

Habitat sub Muscis, in Gallia, Germania.

VIII. GENUS. *ONISCUS*. Cloporte.

*Oniscus*, LINN., GEOFF., DE GEER., FAB., OLIV., CUV., LAMARCK.

*Antennæ* externæ articulis octo, sub capitis margine antico prominuloque insertæ.

SPEC. 1. *ONISCUS ASELLUS*. Cloporte ordinaire.

O. Supra obscure cinereus, scaber, maculis scriatis lateribusque flavescens.

*Cloporte ordinaire*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 42.

*Oniscus Asellus*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1061. — *Faun. Succ.*, ed. 2, n°. 2058.

*Le cloporte ordinaire*, var. A. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 670, pl. 22, fig. 1.

*Cloporte Aselle*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 547, pl. 55, fig. 5.

*Oniscus murarius*. CUV. *Journ. d'hist. nat.*, tom. 2, pag. 22, pl. 26, fig. 11, 12, 15.

*Oniscus murarius*. FAB. *Suppl. entom. system.*, pag. 500.

SCHÆFF. *Elem. Entom.*, tab. 911.

Habitat in Europæ muris, ligno putrido, sub lapidibus.

IX. GENUS. *PORCELLIO*. Porcellion.

*Oniscus*, LINN., GEOFF., FAB., OLIV., CUV., LAMARCK.

*Antennæ* externæ articulis septem (sub capitis margine antico prominuloque insertæ). *Styli* caudæ laterales prominuli, conici.

SPEC. 1. *PORCELLIO SCABER*. Porcellion rude.

P. Corpore supra scabro, granulato.

*Porcellion rude*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 45.



*Le Cloporte ordinaire, var. C. GEOFF. Hist. des Insect., tom. 2, pag. 670.*

*Oniscus Asellus. CUR. Journ. d'hist. nat., tom. 2, pag. 25, pl. 26, fig. 9.*

*Oniscus Asellus. FAB. Suppl. entom. system., pag. 500.*

*PANZ. Faun. Insect. Germ., fasc. 9, fig. 21.*

Habitat in Europæ ligno putrido, muris, sub lapidibus.

SPEC. 2. *PORCELLIO LAEVIS. Porcellion lisse.*

P. Corpore lævi.

*Porcellion lisse. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 670.*

*Le Cloporte ordinaire, var. B. GEOFF. Hist. des Insect., tom. 2, pag. 46.*

Habitat cum præcedente.

ANNOTATIO. Congener videtur *Oniscus convexus* De Geer, *Mém. s. l. Insect., tom. 7, pl. 55, fig. 11.*

X. GENUS. *ARMADILLO. Armadille.*

*Antennæ* externæ articulis septem, in cavitate marginibus prominula insertæ. *Styli* caudæ laterales haud prominuli, articulo apicis triangulari, cum ultimi segmenti margine postico connivente. *Corpus* in globum contractile.

SPEC. 1. *ARMADILLO VULGARIS. Armadille commun.*

A. Griseo-plumbeus, segmentis margine postico albicantibus.

*Armadille commun. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 48.*

*Oniscus Armadillo. LINN. System. nat., ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1062. — Faun. Suec., ed. 2, n<sup>o</sup>. 2059.*

*Le Cloporte Armadille. GEOFF. Hist. des Insect., tom. 2, pag. 670.*

*Cloporte Armadille. OLIV. Encycl. méth. Hist. nat., tom 6, pag. 23.*

*Oniscus Armadillo*. *Cuvr. Journ. d'Hist. nat.*, tom. 2, pag. 23, pl. 26, fig. 14, 15.

Habitat sub lapidibus, in muris, locis umbrosis Europæ.

ANNOTATIO. Observatio Linnæi de hujus insecti pedum numero ad *Glomeridem nostrum pustulatum* referenda. Synonymia falsa Scopoli (*Entom. carn.*, n<sup>o</sup>. 1144) deceptum Linnæum fuisse videtur.

*Oniscus cinereus* Panzer, *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 62, fig. 22, mera varietas.

SPEC. 2. *ARMADILLO VARIEGATUS*. *Armadille mélangé*.

A. Segmentis nigris, albo marginatis, dorso variegato.

*Armadille mélangé*. *LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 48.

*Oniscus variegatus*. *VILL. Entom.*, tom. 4, pag. 183, tab. 11, fig. 16.

*Cloporte varié*. *OLIV. Encycl. méth. Hist. nat.*, tom. 6, pag. 24.

OBSERV. Huic affinis *Oniscus pulchellus* Panzer, *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 62, fig. 21.

*Oniscus marginatus* Villers, *Entom.*, tom. 4, pag. 187, tab. 11, fig. 15, idem videtur ac præcedentis *oniscus zonatus*, *ibid.* fasc. 9, fig. 23, et generi *Glomeridum* inscribendus.

LEGIO SECUNDA.

MYRIAPODA. MILLE-PIEDS.

Maxillæ nullæ aut cum labio coalitæ. Palpi nulli, vel tuberculiformes. Corporis segmenta integre Crustacea, pleraque tetrapoda.

ORDO PRIMUS.  
CHILOGNATHA.  
*Chilognathes.*

Myriapoda.

Maxillæ duæ distinctæ, basi connatæ. Palpi duo maxillares, filiformes; labiales duo, ungula terminati. Corporis segmenta supra et infra coriacea, lateribus membranacea, pedum pariter unico, in perpaucis duplici.

ORDO SECUNDUS.  
SYNGNATHA.  
*Syngnathes.*

ORDO PRIMUS.

CHILOGNATHA. CHILOGNATHES.

XI. GENUS. *GLOMERIS. Gloméris.*

*Julus*, LINN., FAB., OLIV., LAM. — *Oniscus*, GRONOV., FAB. — *Armadillo*, CUVIER.

*Antennæ* capitis paginæ supernæ insertæ, articulis duobus baseos brevioribus, sexto majori, ultimæ in-

74 *Insecta. Myriapoda.*

cludente. *Corpus elongato-ovale, supra convexum, subtus fornicatum, in globum contractile; segmento primo e lamina parva, semicirculari; secundo aliis ampliore; ultimo fornicato, semicirculari.*

SPEC. 1. *GLOMERIS OVALIS. Gloméris ovale.*

G. Pedum viginti paribus, lutescens.

*Gloméris ovale. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 64, pl. 59, fig. 5, 6.*

*Julus ovalis. LINN. System. nat., ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1064. — Amæn. acad., tom. 4, pag. 255, n°. 36, tab. 5, fig. 4.*

*GRONOR. Zooph., n°. 995, tab. 17, fig. 4, 5,*

*PISON. Hist. nat., lib. 2, pag. 51.*

Habitat in Oceano.

SPEC. 2. *GLOMERIS LIMBATA. Gloméris bordé.*

G. Pedum sexdecim paribus, nigra, segmentis margine lutescentibus.

*Gloméris bordé. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 66.*

*Oniscus marginatus. VILL. Entom., tom. 4, pag. 187, tab. 11, fig. 15.*

*Cloporte bordé. OLIV. Encycl. méth. Hist. nat., tom. 6, pa 24.*

*Iule bordé. Ibid., tom. 7, pag. 414.*

*Oniscus zonatus. PANZ. Faun. Insect. Germ., fasc. 9, fig. 25.*

Habitat in Gallia, sub lapidibus.

OBSERVATIO. *Julus marginatus* Olivier differt fasciis rubris, latioribus; an varietas?

SPEC. 3. *GLOMERIS PUSTULATA. Gloméris pustulé.*

G. Pedum sexdecim paribus, atra, rubro punctata.

*Gloméris pustulé. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 65.*

*Oniscus Armadillo. SCOP. Entom. carn., n°. 1144.*

Ord. I., Chilognatha. 75

*Oniscus pustulatus*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 596.

*Iule pustulé*. OLIV. *Encycl. méth. Hist. nat.*, tom. 6, pag. 414.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 9, fig. 22.

Habitat in Galliaë et Germaniæ locis australibus.

XII. GENUS. *JULUS*. *Iule*.

*Julus*, LINN., GEOFF., FAB., OLIV., LAMARCK.

*Antennæ* capitis paginæ supernæ insertæ, articulo secundo longiori, penultimo (sexto) terminalem includente, præcedente brevior. *Corpus cylindricum, elongatum, serpentiforme, segmentis immarginatis. Oculi distincti, granulati.*

SPEC. 1. *JULUS TERRESTRIS*. *Iule terrestre*.

J. Pedum 64—74 paribus, cinereus, annulis dilute brunneis; segmento ultimo mucronato.

*Julus terrestris*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1065. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 2066.

*L'Iule à deux cents pattes*. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 679.

*Julus terrestris*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 594.

*Iule terrestre*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 75.

FRISCH. *Insect.*, tom. 11, tab. 8, fig. 5?

RÆM. *Gener. Insect.*, tab. 50, fig. 15.

Habitat in Europæ locis sabulosis.

OBSERVATIO. In individuis segmenta tria antica, pedum pari unico, triginta novem aut quadraginta, pari gemino.

SPEC. 2. *JULUS SABULOSUS*. *Iule des sables*.

J. Pedum circiter 95 paribus; obscure cinereus, lineis duabus dorsalibus longitudinalibus, rufescentibus; ultimo segmento mucronato.

*Julus sabulosus*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1065. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 2067.

*L'ule à deux cent quarante pattes.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 679, pl. 22, fig. 5.

*Ule à bandes.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 578, pl. 56, fig. 9, 10.

*Julus sabulosus.* FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 595.

*Ule des sables.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 74.

SCHÆFF. *Elem. Entom.*, tab. 75.

Habitat in Europæ locis sabulosis.

### XIII. GENUS. POLYDESMUS. *Polydème.*

*Julus*, LINN., FAB., OLIV., LAM. — *Scolopendra*, GEOFF., SCOPOLI.

*Antennæ capitis paginæ supernæ insertæ, septimo articulo (ultimo) exserto; præcedente quinti ad minus longitudine. Corpus lineare, segmentis lateraliter compressis, marginatis. Oculi obsoleti.*

SPEC. 1. *POLYDESMUS COMPLANATUS.* *Polydème aplati.*

P. Pedum 60—61 paribus; segmento ultimo mucronato.

*Polydème aplati.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 79, pl. 59, fig. 7, 8, 9.

*Julus complanatus.* LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1065. — *Faun. Suec.*, ed. 2, pag. 2068.

*Scolopendre à soixante pattes.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 675.

*Ule aplati.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 586, pl. 56, fig. 25.

*Julus complanatus.* FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 593.

Habitat in Europa, sub lapidibus.

### XIV. GENUS. POLLYXENUS. *Pollyxène.*

*Scolopendra*, LINN., GEOFF., FAB. — *Julus*, DE GEER., OLIVIER.

*Antennæ sub capitis margine antico insertæ, breviss.*

Ord. II., Syngnatha. 77

simæ, cylindricæ. Corpus elongatum, depressum, segmento postico penicillato.

SPEC. 1. POLLYXENUS LAGURUS. Pollyxène à pinceau.

Pollyxène à pinceau. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 82, pl. 59, fig. 10, 12.

Scolopendra Lagura. LINN. System. nat., ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1062. — Faun. Succ., ed. 2, n°. 2065.

La Scolopendre à pinceau. GEOFF. Hist. des Insect., tom. 2, pag. 677, pl. 22, fig. 4.

Iule à queue en pinceau. DE GEER. Mém. s. l. Insect., tom. 7, pag. 572, pl. 56, fig. 1, 2, 5.

Scolopendra Lagura. FAB. Entom. system., tom. 2, pag. 589. Habitat in Europæ arboribus, muris.

ORDO SECUNDUS.

SYNGNATHA. SYNGNATHES.

XV. GENUS. SCUTIGERA. Scutigère.

Scutigera, LAM. — Scolopendra, LINN., GEOFF., FAB. — Julus, PALLAS.

Corporis segmenta tetrapoda.

SPEC. 1. SCUTIGERA ARANEOIDES. Scutigère aranéïde.

S. Pedibus triginta; corpore rufo-flavescente, lineis longitudinalibus pedumque fasciis cœruleo-nigris.

Scutigère aranéïde. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 88.

Scolopendra coleoptrata. LINN. System. nat., ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1062.

La Scolopendre à vingt-huit pattes. GEOFF. Hist. des Insect., tom. 2, pag. 675.

Julus aranéïdes. PALL. Spic. zool., fasc. 9, tab. 4, fig. 16.

Scolopendra coleoptrata. FAB. Entom. system., tom. 2, pag. 589.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 51, fig. 12.

Habitat in Europæ Australis domibus.

XVI. GENUS. *SCOLOPENDRA*. *Scolopendre.*

*Scolopendra*, LINN., GEOFF., FAB., OLIV., LAMARCK.

*Corporis segmenta pedum pare unico.*

SPEC. 1. *SCOLOPENDRA FORFICATA*. *Scolopendre fourchue.*

S. Antennis setaceis ; pedibus triginta.

*Scolopendra forficata*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1062. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 2064.

*La Scolopendre à trente pattes*. GEOFF. *Hist. des Insect*, tom. 2, pag. 674, pl. 22, fig. 5.

*Scolopendre fourchue*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 557, pl. 55, fig. 12.

*Scolopendra forficata*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 590.

*Scolopendre fourchue*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 95.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 50, fig. 15.

Habitat in Europa, sub lapidibus.

SPEC. 2. *SCOLOPENDRA MORSITANS*. *Scolopendre mordante.*

S. Antennis setaceis ; pedibus quadraginta duobus, posticis spinosis.

*Scolopendra morsitans*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1065. — *Amœn. acad.*, tom. 1, pag. 525, 506.

*Scolopendre mordante*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 565, pl. 45, fig. 1.

*Scolopendra morsitans*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, p. 590.

*Scolopendra morsitans*. VILL. *Entom.*, tom. 4, pag. 191, tab. 11, fig. 17, 18.

*Scolopendre mordante*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 95.



RÆM. Gener. Insect., tab. 50, fig. 14.

Habitat in Gallia Australi, Indiis.

SPEC. 5. *SCOLOPENDRA ELECTRICA*. Scolopendre électrique.

S. Antennis subfiliformibus; corpore lineari, flavescente; pedibus circiter centum quadraginta quatuor.

*Scolopendra electrica*. LINN. System. nat., ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1065. — Faun. Suec., ed. 2, n°. 2065.

*Scolopendre à cent quarante pattes*. GEOFF. Hist. des Insect., tom. 2, pag. 676.

*Scolopendra electrica*. FAB. Entom. system., tom. 2, pag. 591.

*Scolopendre électrique*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 94.

Habitat in Europa, sub lapidibus.

OBSERVATIO. *Scolopendra flava* De Geer, Mém. s. l. Insect., tom. 7, pag. 561, pl. 55, fig. 17; Frisch, Insect., tom. 11, tab. 8, fig. 1, 2, species omnino a præcedente distincta: antennæ articulis magis elongatis, inferis subcylindricis, non conico-rotundatis; corpus angustius; in illa enim longitudine segmenti singuli latitudinis tertiam, in ista vero quintam aut sextam partem adæquante; *Scolop. flavæ* pedes utrinque quinquaginta quatuor, in *Scolop. electrica* septuaginta duo.

## L E G I O T E R T I A.

## A C E R A. A C È R E S.

I. Corpus annulatum saltemve segmentis duobus discretis. ( *Vel compositum, non rostriforme, aut simplex et ut tubum productum. Pedes coxis, femoribus, tibiis tarsisque forma distinctis.* )

<p>Abdomen latitudinis portiancula thoraci affi- xum, <i>subpe- diculatum.</i> ( <i>Corpus duobus seg- mentis præ- cipuis, in- tervallo dis- tinctis.</i> )</p>	<p>Palpi figura solita; mandibulæ un- gula unica; pedes forma assimiles.</p> <p>Palpi brachia æmulantes, unguis duabus; pedes duo antici, antenni- formes, tenuissimi, tarsis longissi- mis, multiarticulatis, exunguibus.</p>	<p>{ FAMILIA Ia. ARANEIDES. <i>Aranéides.</i> FAMILIA IIæ PEDIPALPI <i>Pédipalpes.</i></p>
<p>Abdomen latitudine tota thoraci affixum, <i>sessile.</i> ( <i>Corpus e serie seg- mentorum efformatum, intervallo nullo.</i> )</p>	<p>Os haud tubulosum; abdomen distinctum.</p> <p>Palpi brachia æmu- lantes, manu didactyla, pollice mobili; mandi- bulæ articulo unico.</p> <p>Palpi filiformes, apice ungue instructi; man- dibulæ biarticulate.</p>	<p>{ FAMILIA III SCORPIONIDES <i>Scorpionides.</i> FAMILIA IV PHALANGITA <i>Phalangiens</i></p>
	<p>Os tubulosum ( tubo simplici ); abdomen indistinctum, corpore ple- rumque lineari, segmentis sub aqua- libus, omnibus fere pedigeris.</p> <p>OBSERVATIO. Oculi 4 tuberculo, impositi. Familia ista, cum sequentibus, <i>Aptera Holo- tra</i> Hermannii efformat.</p>	<p>{ FAMILIA V PYCNOGONIDE <i>Pycnogonides</i></p>

LEGIO TERTIA.

II. Corpus annulis segmentisque discretis nullis. (Os *compositum*, *plerumque rostriforme*. Pedes *coxis*, *femoribus*, *tibiis tarsisque forma speciali haud distinctis*.)

Pedes octo.	}	Pedes gressorii tantum; mandibulæ.	}	FAMILIA VI <sup>a</sup> .
				ACARIDIÆ.
				<i>Acaridies</i> .
}	}	Pedes gressorii tantum; mandibulæ nullæ; haustellum rostriforme.	}	FAMILIA VII <sup>a</sup> .
				RICINIÆ.
				<i>Tiques</i> .
		Pedes gressorii natatoriique simul.		FAMILIA VIII <sup>a</sup> .
				HYDRACHNELLÆ.
				<i>Hydrachnelles</i> .
Pedes sex.				FAMILIA IX <sup>a</sup> .
				MICROPHTHIRA.
				<i>Microphthires</i> .

ANNOTATIO. Insecta *Acera* (*Nouv. dict. d'Hist. nat.*, tom. 24.) ita ordinavi :

ORDO I. CHELODONTA. <i>Chelodontes</i> .	}	Corpus annulatum, vel articulatum.	}	Palpi brachia æmulantes, manu chelave terminali.	}	FAMILIA I <sup>a</sup> .
						SCORPIONIDES.
						<i>Scorpionides</i> .
Os non tubulosum; mandibulæ.	}	}	}	Palpi figura solita, subfiliformes; mandibulæ ungula unica.	}	FAMILIA II <sup>a</sup> .
						ARACHNIDES.
						<i>Arachnides</i> .
Os non tubulosum; mandibulæ nullæ.	}	}	}	Palpi figura solita, subfiliformes; mandibulæ unguis duabus.	}	FAMILIA III <sup>a</sup> .
						PHALANGITA.
						<i>Phalangiens</i> .
ORDO II. SOLENOTOMA. <i>Solenostomes</i> .	}	Corpus annulis segmentisve nullis.	}		}	FAMILIA IV <sup>a</sup> .
						ACARIDIÆ.
						<i>Acaridies</i> .
Os non tubulosum; mandibulæ nullæ.	}	Pedes natatorii.	}		}	FAMILIA I <sup>a</sup> .
						HYDRACHNELLÆ.
						<i>Hydrachnelles</i> .
ORDO III. PYCNOGONIDES. <i>Pycnogonides</i> .	}	Os tubulosum.	}		}	FAMILIA II <sup>a</sup> .
						RICINIÆ.
						<i>Tiques</i> .

## FAMILIA PRIM A.

## ARANEIDES (1). ARANÉIDES.

I. *Mandibulæ horizontales* ( *dorso arcuato* ), *ungulis*, *subtus antice*, *non interne*, *inflexendis*; *labium minimum*, *sub maxillarum basi insertum*, *aut inter illas prodiens et lineare*. *Oculi* ( *octo in omnibus sæpeque prominentiæ impositi*, ) *simul sumpti crucem decussatam litteramve X delineantes*.

( *Tribus I. THERAPHOSA. Théraphose. WALCK.* )

XVII. GENUS. MYGALE. *Mygale*.

*Mygale*, WALCK, LATR. — *Aranea*, LINN., DE GEER, FAB., OLIV., LAMARCK.

*Oculi* geminati utrinque duo, *superi*. ( *Tab. 3, fig. 1, 2.* ) *Labium sub maxillarum basi insertum*, *minimum*, *quadratum*. *Palpi e maxillarum apice prodeuntes*.

I. *Tarsorum unguis subtus dentibus nullis*, *aut paucis vixque conspicuis*.

1. *Manibulæ rastello apicali superoque nullo*; *palporum tarsorumque articulus ultimus subtus scopula tomentosa instructus*.

SPEC. 1. MYGALE AVICULARIA. *Mygale aviculaire*.

M. *Nigricans*, *hirsutissima*, *pilis elongatis*; *palpis pedibusque*

(1) Familiae denominatio a Walckenaer imposita *Arachnidum* denominationi anteposenda, ut familia ista cum *Arachnidum* classe professoris Lamarck non confundatur: monographiæ *Araneidum* prodromum exquisitissima, laboribus summis et absolutis firmatæ, in lucem mox edebat amicus noster Walckenaer. Horum insectorum divisiones nostras vide in operibus quibus tituli: *Histoire nat. des Fourmis, et Recueil de Mémoires. Paris, 1802; nouveau Dictionnaire d'Histoire naturelle.*

apice ferrugineis ; tarsis latis ; unguibus haud exsertis. ( Marium genitalibus globosis , in uncum longissimum , tenuissimum , productis ; oculis , *tab. 5, fig. 1.* )

*Mygale aviculaire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.* , tom. 7 , pag. 152 , pl. 62 , fig. 1.

WALCK. *Tabl. des Aran.* , pag. 4.

*Aranea avicularia.* LINN. *System. nat.* , ed. 15 , tom. 1 , pars 2 , pag. 1054. — *Amœnit. acad.* , tom. 1 ; *Mus. Princ.* , n<sup>o</sup>. 60. — *Mus. Ludov. Utr.* , pag. 428.

*Araignée des Oiseaux.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.* , tom. 7 , pag. 515 , pl. 58 , fig. 8.

*Aranea avicularia.* FAB. *Entom. system.* , tom. 2 , pag. 424. — *Aranea hirtipes.* *Ibid.* , pag. 428.

KLEEM. *Insect.* , tom. 1 , *tab. 11, mas.*

In America Australi.

SPEC. 2. *MYGALE CANCERIDES.* *Mygale Crabe.*

M. Fusca , hirta , pectore abdomineque infra nigricantibus. ( Marium genitalibus in unguem corneum , arcuatum , apice compressum , stipite paulo longiorem , productis. )

Habitat in insula *St.-Domingo* , ubi *Araignée Crabe* vocatur.

SPEC. 5. *MYGALE BLONDII.* *Mygale de Le Blond.*

M. Hirsuto-ferruginea ; tarsorum articulo primo , posticorum præsertim , spinis nigris obviis. ( Marium genitalibus crassis , subconicis , apice efformato in auriscalpium lateraliter excavatum. )

*Tab. 5, fig. 1* , magnitudo ad dimidium reducta.

*Mygale de Le Blond.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.* , tom. 7 , pag. 159.

*Mygale blondienne.* WALCK. *Tabl. des Aran.* , pag. 4.

Habitat Cajennæ , ab indefesso Americæ Australis peregrinatore Historiæque naturalis studioso cultore *Le Blond* , mihi communicata. — Pisonis forte *Nhamdiu* 1 ; affinis etiam *Araneæ spinimobili* Linnæi.

SPEC. 4. *MYGALE FASCIATA.* *Mygale fasciée.*

M. Abdomine fascia lata , grisea , longitudinali , marginibus sinuata.

*Mygale fasciée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.* , tom. 7 , pag. 160.

*Mygale fasciée.* WALCK. *Tabl. des Aran.* , pag. 5.

SEBA. *Mus.* , tom. 1 , tab. 69 , fig. 1.

Habitat in insula Ceylan. SEBA.

2. *Mandibulæ ad apicem superum rastello instructæ ; palpi tarsi que scopula nulla.* ( Araignées mineuses. OLIV. )

SPEC. 5. *MYGALE CEMENTARIA.* *Mygale maçonne.*

M. Ferrugineo-brunnea ; mandibulis nigricantibus ; thoracis carina ambituque dilutioribus ; rastello singulo dentibus quinque elongatis , æqualibus. ( Oculi , tab. 5 , fig. 2. )

*Mygale maçonne.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.* , tom. 7 , pag. 164 , pl. 63 , fig. 1 — 6.

*Mygale maçonne.* WALCK. *Tab. des Aran.* , pag. 5.

*Araignée maçonne.* SAUVAGES.

*Araignées mineuses.* OLIV. *Encycl. méth. Hist. nat.* , tom. 4 , pag. 228.

DORTUES. *Transact. of the Linnean society* , vol. 2 , pl. 17 , fig. 6.

*Araignée maçonne.* LATR. *Mém. de la soc. d'Hist. nat. de Paris* , an. 7 , pag. 121 , pl. 6 , fig. 1.

Habitat in Gallia Australiori , in agro Mons-pessulano præsertim.

SPEC. 6. *MYGALE SAUVAGESII.* *Mygale de Sauvages.*

M. Obscure-brunnea ; rostello singulo dentibus quatuor brevibus , inæqualibus.

*Mygale de Sauvages.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.* , tom. 7 , pag. 165 , pl. 65 , fig. 7 — 10.

*Mygale pionnière.* WALCK. *Tabl. des Aran.* , pag. 5.

*Aranea Sauvagesii.* ROSS. *Faun. Etrusc.* , tom. 2 , pag. 158 , tab. 9 , fig. 11. — *Act. societ. ital.* , tom. 4 , pag. 122 , 154 , fig. 7 , 10.

*Araignée de Sauvages.* LATR. *Mém. de la soc. d'Hist. nat. de Paris* , an 7 , pag. 125 , pl. 6 , fig. 2.

Habitat in Corsica , Italia.

II. *Tarsorum ungues subtus dentato-pectinati.*

SPEC. 7. *MYGALE CALPEIANA*. *Mygale calpeiène.*

*Mygale calpeiène.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, pag. 5.

Calpe detecta ab Historiæ naturalis cultore peritissimo, dom. Durand, horti botanici Mouspessulani curæ præposito.

ANNOTATIO. Ejusdem divisionis *Mygale notasiana* Walckenaer, e Notasia ab arduis peregrinatoribus Péron, le Sueur, allata.

XVIII. GENUS. *ATYPUS*. *Atype.*

*Oletera*, WALCK. — *Aranea*, LATR., RÆMER.

*Oculi geminati utrinque duo*, superi. *Tab. 3, fig. 3.*

*Labium sub maxillarum basi insertum*, minimum, quadratum. *Palpi maxillarum dilatationis externæ basi inserti.*

SPEC. 1. *ATYPUS SULZERI*. *Atype de Sulzer.*

A. Niger, nitidus; mandibulis validissimis; thorace subquadrato, postice plano, antice abrupte elevato; oculis duobus medii prominentiæ impositis; abdominis dorso coriaceo, nitidiore; articulorum pedum juncturis albis.

*Tab. 5, fig. 2.*

*Atype.* LATR. *Nouv. Diction. d'Hist. nat.*, tom. 24, *tabl.*, pag. 135. — *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 168.

*Oletère difforme.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, pag. 7.

SULZ. *Abg. Gesch. der Insect.*, tab. 50, *fig. 2.*

RÆM. *Gen. Insect.*, tab. 50, *fig. 2.*

Habitat in Gallia; loco *Montmorenci*, in vicinis Lutetiæ semel lecta; *Burdigalæ* etiam ab amico *Dargelas* observata.

XIX. GENUS. *ERIODON*. *Eriodon.*

*Missulena*, WALCKENAER.

*Labium lineare inter maxillas exsertum.* (*Palpi inserti ut in præcedenti genere.*)



SPEC. 1. *ERIODON OCCATORIUS*. *Eriodon herseur*.

*Eriodon*. LATR. *Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, tom. 24, tab. 1, pag. 153.

*Missulène herseuse*. WALCK. *Tabl. des Aran.*, pag. 8.

Habitat in Notasia. DD. PERON, LE SUEUR.

OBSERVATIO. Oculi (tab. 1, fig. 4) quam in præcedentibus, spatiis longe majoribus distantes, litteram H quodam modo efformantes; quatuor, in linea transversa, antrorsum subarcuata, duobus mediis subgeminatis; quatuor alii thoracis lateribus longitudinaliter dispositi, duo utrinque, lineæ transversæ apici hoc supero, illo infero. Pedes quantum hanc Araneidem dessicatam contractamque examini subjicere licuit, ordine sequenti ita decrescunt: par ultimum majus, tertium deinde, primum postea, secundum minus; in generibus vero anterioribus series ista: quartum majus, prius deinde, tum secundum, ultimo tertium.

II. *Mandibulæ proclives aut verticales, unguis interne lateraliter inflectendis; labium in omnibus inter maxillas exsertum, nec lineare.*

(Tribus II. ARANEA. (1) *Araignée*, WALCK.)

XX. GENUS. *DRASSUS*. *Drasse*.

*Drassus*, WALCK. — *Aranea*, LINN. — *Gnaphosa*, LATREILLE.

Oculi (tab. 3, fig. 10, 11) octo, secundum lineas duas, transversas, approximatas, dispositi; linea supera in illis lateraliter versus postica incurva, in his inferæ sub parallela, ista medio interrupto, oculis duobus utrinque

(1) Genus primordiale, *Aranea*, vocis istius designatione, deletur; cum scinditur genus, retinetur tamen typi denominatio; Walckenaer exinde nomenclaturam *Araneidum* ex hac parte iuvite non servavi, a placitis magistrorum nostrorum ut pote recedentem.



approximatis. *Palpi* sub margine laterali et externo maxillarum, medium versus inserti. *Maxillæ* longitudinales, arcuatæ, a basi ad medium sensim latiore interne subconcaevæ, antice planiusculæ, medioque impressæ, apicibus supra labium incurvis, oblique intus truncatis. *Labium* elongatum, ovale-quadratum, aut subovatum basi que transverse truncata, maxillis inclusum. (*Pedes* quarti, primi deinde, secundi postea, longiores.)

I. *Labium subovatum*; *maxillæ* latere externo valde arcuato; *oculorum series* supera lateribus subrecurva, inferiora sensu contrario arcuata. (*Tab. 3, fig. 10.*)

SPEC. 1. *DRASSUS MELANOGASTER*. *Drasse mélanogastre*.

D. Mandibulis nigricantibus; thorace pedibusque obscure brunneis, femoribus dilutioribus, rufescente-brunneis; abdomine murino-nigro, sericeo.

*Drasse lucifuge*. *Tabl. des Aran.*, pag. 45. — *Araignée lucifuge*. *WALCK. Faun. Par.*, tom. 2, pag. 221.

*Gnaphose*. *LATR. Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, tabl., tom. 24, pag. 154. — *Araignée mélanogastre*. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 222. — *Araignée lucifuge*. *Ibid.*, pag. 225.

*SCHÆFF. Icon. Insect.*, tab. 101, fig. 7.

Habitat Parisiis, in Gallia Australi, sub lapidibus.

II. *Labium ovale-quadratum*; *oculorum series* supera inferioræ subparallela, eodem sensu (retrosum) arcuata. (*Tab. 3, fig. 11.*)

SPEC. 2. *DRASSUS FUSCUS*. *Drasse noirâtre*.

D. Obscure castaneo-fuscus, sericeus, abdomine nigro-murino. Magnitudo et habitatio præcedentis.

SPEC. 3. *DRASSUS ATER*. *Drasse très-noir*.

D. Totus ater.

Parvus; Parisiis frequens, sub lapidibus; ovorum folliculus, orbiculatus, depressus; post exclusionem saltem rubescit, bivalvis videtur; valvæ, tympanis similes, lapidibus diutine adherent.

SPEC. 4. *DRASSUS RELUCENS*. *Drasse reluisant*.

D. Rufus, purpureo-sericeus, nitidissimus; abdomine nigro, lineis duabus transversis flavo-aureis.

*Drasse brillant*. WALCK. *Tab. des Aran.*, pag. 46. — *Araignée brillante*. *Faun. Par.*, tom. 2, pag. 222.

*Aranea relucens*. LATR. *Hist. nat. des Fourm.*, *Mém. sur les Araig.*, pag. 343. — *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 225.

Habitat Parisiis, frequentius in Gallia Australiori.

XXI. GENUS. *SEGESTRIA*. *Segestrie*.

*Segestria*, LATR., WALCK. — *Aranea*, LINN., DE GEER, FAB., OLIV., ROSSI.

Oculi sex (tab. 3, fig. 6) lineam transversam, apicibus recurvam delineantes. (duo medii transverse; duo ad utrumque latus longitudinaliter, positi.) *Maxillæ* rectæ, longitudinales, basi incrassatæ, externe dilatatæ, subcuneiformes, medio longitudinaliter convexæ. *Labium* elongato-quadratum, latitudine longius, medio longitudinaliter convexum, subcarinatum. (*Pedes* primi paris, secundi deinde et postea quarti, longiores, tertii breviores.)

SPEC. 1. *SEGESTRIA CELLARIA*. *Segestrie des caves*.

S. Fusco-nigra, obscure cinereo-sericea, mandibulis viridibus, pectore pedumque origine brunneis.

*Segestrie* LATR. *Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, tom. 24, tabl., pag. 134. — *Araignée des caves*. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 217.

*Segestria perfida*. WALCK. *Tabl. des Aran.*, pag. 48. — *Araignée perfide*. *Faun. Par.*, tom. 2, pag. 225.

*Aranea*

*Aranea florentina*. ROSS. *Faun. Etrusc.*, tom. 2, pag. 133, tab. 9, fig. 5.

*Araignée des caves*? HOMB. *Mém. de l'Acad. des Scienc. de Paris*, ann. 1707.

Habitat ædificiorum vetustorum lapidum commissuras, in tubo sericeo, fauce exteriori filisque radiatim dispositis glutinata, pedibus quatuor antice porrectis, latitans. Maris genitalia fere ut in *Mygale avicularia*, Physicorum *Lachrymæ bataricæ* forma. Haud rara Parisiis, Burdigalæ.

SPEC. 2. *SEGESTRIA SENOCULATA*. *Segestrie senoculée*.

S. Thorace nigricanti-brunneo; abdomine oblongo, griseo, fascia longitudinali, e maculis nigricantibus; pedibus dilute brunneis, fasciis obscuris.

*Segestrie senoculée*. WALCK. *Tabl. des Aran.*, pag. 48. — *Araignée senoculée*. *Faun. Par.*, tom. 2, pag. 223.

*Aranea senoculata*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1034. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 2016.

*Araignée à six yeux*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 258, pl. 15, fig. 5.

*Aranea senoculata*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 426.

*Araignée senoculée*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 216.

LIST. *De Aran.*, pag. 74, titul. 24, fig. 24.

Mores et habitatio præcedentis.

XXII. GENUS. *DYSDERA*. *Dysdère*.

*Dysdera*, LATR., WALCKENÆR.

Oculi (tab. 3, fig. 5) sex congesti, ferrum equinum apertura antica (aut figuram subovalem, transversam, lateris antici medio aperto) simul sumpti, delineantes; oculi duo antici majores. *Maxillæ* rectæ, longitudinales, basi incrassatæ, externe dilatatæ ad insertionem palporum, ad apicem interne oblique truncatæ, indeque externe acute terminatæ. *Palpi* articulo baseos bre-

visimo, subobsoleto. *Labium* elongato-quadratum, versus apicem sensim paululum angustius. (*Pedes* parvis antici, quarti deinde, secundi postea longiores, tertii breviores; scopula parva sub tarsorum unguibus.)

SPEC. 1. *DYSDERA ERYTHRINA*. *Dysdère érythrine*.

D. Mandibulis thoraceque sanguineo-rubris, pedibus dilutionibus; abdomine mollissimo, grisco-flavescente, sericeo.

*Tab. 5, fig. 3.*

*Dysdère*. *LITR. Nouv. Dict. d'Hist. nat., Tabl., pag. 154.*

— *Araignée érythrine*. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 215.*

*Dysdère érythrine*. *WALCK. Tabl. des Aran., pag. 47.* — *Araignée érythrine*. *Faun. Paris., tom. 2, pag. 224.*

*MOURV. Theat. Insect., lib. 2, pag. 254, fig. 5, 6.*

Habitat Parisiis et in Gallia Australi, sub lapidibus.

OBSERVATIO. *Arauca Hombergii* Scopoli, *entom. carn., n<sup>o</sup>. 1119*, mera varietas. Huic multum affinis *Arauca rufipes* Fabricii, *entom. system., tom. 2, pag. 426*, ut ejus descriptione patet: « media. Caput et thorax obscure ferruginea, immaculata, oculis sex approximatis. Abdomen ovatum, cinereum, immaculatum. Pedes late rufi. — Habitat in Marocco. » Vide etiam *Araucam punctoriam* Villers, *Entom. Linn., tom. 4, pag. 128, tab. 2, fig. 9*. In *Dysderis*, *Segestriis*, mandibula porrecta, labiumque apice subemarginatum.

XXIII. GENUS. *CLUBIONA*. *Clubione*.

*Clubiona*, *LITR., WALCK.* — *Arauca*, *LINN., DE GEER.*

*Oculi* (*tab. 3, fig. 7, 8, 9*) octo, secundum duas lineas ita reversa; approximate, dispositi; linea postica latiore, retrorsum subareolata, infera recta; oculis quatuor medii quad. angulum efformantibus; duobus utrinque, oblique positis, quorum superis magis externis. *Maxille* rectae, longitudinales, basi paulo externe dilatatae, apice

rotundatæ interneque oblique truncatæ. *Labium* elongato-subquadratum, sensim versus apicem paululum angustius. (*Pedes* primi, quarti deinde, aut vicissim, secundi postea, longiores; istis, raro, magnitudine secundariis.)

*I. Utriusque lateris oculi duo extimi nec subgeminati, nec prominentiæ distinctæ inserti.* (*Maxillæ* in omnibus basi incrassatæ; *pedes* quarti, raro primi, longiores.)

1. *Oculi duo medii superi inferis duobus mediis inter se haud magis distantes.* Tab. 5, fig. 8.

SPEC. 1. *CLUBIONA LAPIDICOLA.* *Clubione lapidicole.*

C. Thorace mandibulisque pallide rufescentibus; pedibus dilutioribus; abdomine cinerascente.

*Clubione lapidicole.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, pag. 44. — *Araignée lapidicole.* *Faun. Par.*, tom. 2, pag. 222.

*Aranea lapidaria.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 3, pag. 55. — *Ibid.* tom. 7, pag. 221, 225.

Habitat Parisiis, sub lapidibus, illisque cum filis annectit nidum nucis avellanæ magnitudine, subglobosum; centrum illius occupant ova pallido-lutescentia, in sphaerulam agglomerata, pellicula sericea communi, tenuissima, alba, involuta; superponuntur terræ et arenæ grana, quæ omnia involucri generali externo, sericeo, candido retinentur.

*Maris* mandibulæ porrectæ, thoracis longitudinis dimidio paulo longiores; *feminae* vero subverticales: characteres e partium illarum directione ad familiarum distinctionem non valent.

2. *Oculi duo medii superi inferis duobus mediis inter se remotiores.* Tab. 5, fig. 9.

SPEC. 2. *CLUBIONA HOLOSERICEA.* *Clubione soyeuse.*

C. Mandibulis nigricantibus; thorace pallide virescenti-livido;

abdomine rubro-nigricante, vellere murino; pedibus thorace dilutioribus, quartis longioribus.

*Clubione.* LATR. *Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, tom. 24, tabl., pag. 134. — *Araignée soyeuse.* *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 218.

*Clubione soyeuse.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, pag. 42. — *Araignée soyeuse.* *Faun. Par.*, tom. 2, pag. 219.

*Aranca holosericea.* LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, part 2, pag. 1034. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 2015.

*Araignée satinée.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 266, pl. 15, fig. 13.

LIST. *Aran.*, pag. 71, tit. 25, fig. 25.

CLERCK. *Aran. Suec.*, pag. 81, pl. 2, tab. 7.

Habitat in Europa, sub cortice arborum.

ANNOTATIO. Pedes quatuor antici longitudine æquales aut vix diversi.

OBSERVATIO. Oculorum positione hic referenda *Clubiona accentuata* Walckenaer; pedes primi, quarti deinde, longiores.

II. *Utriusque lateris oculi duo extimi subgeminati, prominentiæ exiguæ inserti.* Tab. 3, fig. 7. (*Maxillæ in omnibus basi non incrassatæ; pedes primi, quarti postea longiores.*)

ANNOTATIO. Oculi duo medii superi inferis duobus mediis inter se paulo remotiores.

1. *Maxillæ basi subincrassatæ, ante medium transverse impressæ.*

SPEC. 3. *CLUBIONA NUTRIX.* *Clubione nourrice.*

C. Ungulis nigris; thorace mandibulisque dilute rufescentibus; pedibus dilutioribus; abdomine flavo-viridi, fascia longitudinali obscuriore.

*Clubione nourrice.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, pag. 45. — *Araignée nourrice.* *Faun. Paris.*, tom. 2, pag. 220.

*Araignée nourrice.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 221.

Habitat Parisiis; frequens loco gallice dicto *Sèvres*, sub finem aestatis, inter folia *Eryngii campestris* nidificans; mas mandibulis validioribus.

2. *Maxillæ basi non incrassatæ, facie antica æquali, in medio haud transverse impressa.*

SPEC. 4. *CLUBIONA ATROX.* *Clubione atroce.*

C. Brunnea; pedibus dilutioribus, tibiis maculis obscurioribus; abdominis dorso macula antica subquadrata, nigra, flavoque marginata. ( *Oculi*, tab. 5, fig. 7. )

*Clubione atroce.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, pag. 44. — *Araignée atroce.* Faun. Paris., tom. 2, pag. 218.

*Araignée atroce.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 255, pl. 14, fig. 24, 25.

*Araignée atroce.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 22.

*List. Aran.*, pag. 68, tit. 21, fig. 21.

Frequens Parisiis, in muris vetustis.

XXIV. GENUS. *ARGYRONETA.* *Argyronète.*

*Argyroneta*, LATR., WALCK. — *Aranea*, LINN., GEOFF., DE GEER, FABRICII.

*Oculi* (tab. 3, fig. 14) octo; quatuor medii quadrangulum delineantes; duobus superis uno ab altero paululum magis distantibus majoribusque; duobus ex utroque latere, prominentiæ oblique impositis, subgeminatis. *Maxillæ labiumque* brevia. *Maxillæ rectæ*, elongato-quadratæ, ejusdem latitudinis, facie antica convexiuscula, apice rotundatæ. *Labium* maxillis paulum brevius, anguste elongato-trigonum, ( subconicam ) antice convexum, apice summo truncato vel obtuso. ( *Pedes* primi, quarti deinde, secundi postea longiores. )



SPEC. 1. *ARGYRONETA AQUATICA*. *Argyronète aquatique.*

A. Nigricanti-brunnea ; abdomine nigro, velutino, punctis aliquot dorsalibus, impressis.

*Argyronète.* LATR. *Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, tom. 24, tabl., pag. 154. — *Araignée aquatique.* *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 217.

*Argyronète aquatique.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, pag. 84. — *Araignée aquatique*, *Faun. Paris.*, tom. 2, pag. 254.

*Aranea aquatica.* LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1056. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 2020.

*L'Araignée brune aquatique.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 644.

*Araignée aquatique.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 505, pl. 19, fig. 5.

*Aranea aquatica.* FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 418.

CLERCK. *Aran. Suec.*, pag. 145, pl. 6, tab. 8, fig. 1, 2.

*Mémoire pour servir à commencer l'histoire des araignées aquatiques*, Paris, 1749, in-8°.

SCHÆFF. *Icon. Insect.*, tab. 158, fig. 6, mas.

Habitat in Europæ aquis dulcibus, lentissime fluentibus, abdomine, bulla aërea, et splendore argenteo, incluso, vagans; pro quiete, victu parando, sobolisque progenic, bullam ampliat, hanc herbis immersis filis aliquot necit, ibique telam parvam apicè infundibuliformem conficit, insidiatur; ova in folliculo globoso, sericeo, deponit. Idem mores, characteres, differentia sexuum quæ in *Clubionis* generatim observantur.

XXV. GENUS. *ARANEA*. *Araignée.*

*Aranea*, LINN., GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV., LAM. — *Tegenaria*, LATR., WALCK. — *Agelena*, WALCKENAER.

*Oculi* (tab. 3, fig. 13) octo, secundum lineas duas transversas, approximatas, retrorsum concentricè arcuatas, dispositi; superis inter se subæque dissitis; inferis, paulo majoribus, subgeminatis, pari utrinque obliquo (serie illa



antica medio interrupta). *Maxillæ* rectæ, longitudinales, latitudine æquales, facie antica convexiuscula, apice rotundate, ad angulum internum truncate. *Labium* subquadratum, circiter longitudine latitudinis, versus angulos superos paululum sensimque angustius. (*Pedes* quarti primique longiores, subæquales, illive istos longitudine aperte excedentes; tertii breviores.)

*I. Maxillæ ad angulum internum apicis paululum truncate; labium latitudine non longior; pedes longitudine mediocres.*

ANNOTATIO. Oculorum series, infera præsertim, quam in divisione sequenti magis arcuatæ.

*Genus AGELENA. Agelène, WALCKENÆER.*

SPEC. 1. *ARANEA LABYRINTHICA. Araignée labyrinthique.*

ANNOTATIO. Walckenaer genera sequentia, *STORENA*, *CTENUS*, *NYSSUS*, observare non potui; prima duo fere immediate *Epeiras*, *Araneas*, forte sequuntur; *Nyssi* ab *Araneis* non

discernuntur. Entomologiae neophytorum opportunitati consulens, generum *Araneidum* characteres essentialia, ordine eodem nihilominus servato, sic exponam.

*I. Mandibulae unguis subtus antice inflectendis; (oculi octo, litteram X vel H una delineantes).*

*MYGALÆ.* Palpi maxillarum apicibus inserti.

*ATYPUS.* Labium sub maxillarum origine insertum, minimum, quadratum.

*ERIOLOX.* Labium exsertum, sublineare.

*II. Mandibulae unguis interne lateraliterque inflectendis.*

*1. Oculi nec segmentum circuli transversum arcuque antrorsum verso; nec sectorem longitudinalem, apice antico et truncato; nec quadratum vel parabolam, delineantes.*

*A. Oculi sex aut octo; in Araneidibus octonoculis pedes quarti, primi deinde, et vicissim, aut quarti, secundi postea longiores.*

*GNAPHOSA.* Maxillae labium arcuatim includentes.

*SEGESTRIA.* Oculi sex, in linea transversa, apicibus recurva.

*DYSDERA.* Oculi sex, fere in circulum et antice apertum, dispositi.

*CLUBIONA.* Labium elongato-subquadratum; maxillae rectae, ad basim externam dilatatae; oculi octo, secundum duas lineas transversas, approximatas, dispositi; postica latiore, retrorsum subarcuata; infera recta.

*ARGYRONETA.* Maxillae rectae, elongato-quadratae; labium paulo brevius, subconicum; oculi octo; quatuor medii in quadrangulum ordinati; laterales subgeminati, prominentiae impositi.

*ARANEA.* Maxillae rectae, latitudine aequales; labium subquadratum; oculi octo, secundum lineas duas transversas, retrorsum concentricè arcuatas, dispositi.

*THERIDIUM.* Oculi octo; quatuor medii in quadrangulum ordinati; inferis lateralibusque prominentiae insertis; his saepe



geminis ; maxillæ sursum convergentes , ( labii lateribus incumbentes ) subæque latæ.

OBSERVATIO. Genus *Latrodictus* Walckenaer a gen. *Theridion* distingui posset oculis lateralibus inter se distantibus , non binis.

*SCYTODES*. Oculi sex , per paria , in triangulum subæquilaterale dispositi.

B. *Oculi octo in omnibus ; pedes primi , secundi deinde , tum quarti longiores.*

*PHOLCUS*. Oculi duo medii , geminati , transverse positi ; tres utrinque tuberculo impositi , in triangulum fere glomerati.

*LIXYPHIA*. Oculi quatuor medii in trapezium antice transverse angustius ordinati ; duobus superis eorundem aperte majoribus , uno ab altero distantibus ; lateralibus geminis , minoribus.

*TETRAGNATHA*. Oculi secundum lineas duas transversas , parallelas , rectas , subæquis intervallis , seriati ; maxillæ rectæ , elongatæ , angustæ , apice solo latiore.

*EPEIRA*. Oculi secundum lineas duas transversas , approximatæ , apicibus convergentes , ordinati ; quatuor medii quadratum delineantes ; maxillæ subrectæ , basi angustatæ , tum suborbiculatæ , vel inverso-ovatae , dilatatæ.

2. *Oculi segmentum circulare , transversum arcuque antrorsum verso ; aut sectorem longitudinalem apice antico et truncato ; vel quadratum aut parabolam , delineantes.*

A. *Oculi in segmentum circuli transversum , arcu antrorsum verso , vel in sectorem longitudinalem apice antico et truncato ordinati , magnitudine subæquales.*

*ULOBORUS*. Oculi in segmentum circuli transversum ordinati ; maxillæ rectæ , latæ , inverso-trigonæ ; pedes primi , quarti deinde longiores.

*THOMISUS*. Oculi in segmentum circuli transversum ordinati , maxillæ sursum convergentes ; pedes primi et secundi , aut vice versa , longiores.



*MICROMYATA*. Oculi semicirculum delineantes; maxilla recta; pedes quarti longiores.

*OXYOPES*. Oculi in sectorem circuli, apice ( angulo centri ) truncato, antico, dispositi; pedes primi, quarti deinde, longiores.

B. Oculi (1) quadratum parabolamve delineantes, magnitudine valde inæquales.

a. Thorax medio longitudinaliter elevatus, vel carinatus.

*DOLOMEDES*. Oculi secundum tres lineas transversas ordinati, media angustiore ( aut in seriem duplicem, transversam, postica antrorsum medio valde arcuata, dispositi ).

*LXCOSA*. Oculi in quadratum longitudinale dispositi, latere postico transversoque nullo.

b. Thorax, parte postica excepta, æque elevatus, haud carinatus, dorso planus, lateribus abrupte declivibus.

*ERESUS*. Oculi quatuor, quadratum magnum, lateri transverso et antico cujus inscribitur trapezium parvum, e quatuor aliis oculis efformatum, delineantes.

*SALTICUS*. Oculi in parabolam aut ferrum equinum ordinati.

ANNOTATIO. His generibus Walckenaer sequentia genera addi possunt et in divisione II, 1, B, ordinanda.

*CTENUS*. Oculi laterales subgeminique cum superis quadranguli ab alteris quatuor oculis efformati, lineam antrorsum arcuatam delineantes; labium quadratum.

*STORENA*. Oculi laterales cum inferis quadranguli ab alteris quatuor oculis efformati, lineam retrorsum arcuatam delineantes; maxillæ labio ovali, elongato, incumbentes.

*Nyssi* genus, ut jam notavi, generi *Araneæ* adjungendum.

(1) In omnibus octo; quadrati parabolæve parte antica transversa, e quatuor oculis composita.

## FAMILIA SECUNDA.

## PEDIPALPI. PEDIPALPES.

OBSERVATIO. Palpi maxillarum apici inserti.

XL. GENUS. *PHRYNUS*. *PHRYNE*.

*Phryne*, OLIV., LAM., HERM. — *Phalangium*, LINN., PALL., HERBST. — *Tarantula*, BROWN., FABRICII.

*Labium* teliforme, corneum, elongatum, basi dilatatum, cylindricum, rectum, porrectum, apice furcato. *Maxillæ* obverso-conicæ, divergentes, angulo interno apicali producto, compresso, rotundato. *Palpi* ad apicem ungue corneo mobilique instructi, manu didactyla nulla.

*Corpus depressum*. *Thorax latus, reniformis vel lunatus*. *Abdomen cauda nulla*. ( *Oculi octo; duo thoracis marginis antici medium versus, tres utrinque in triangulum, dispositi.* )

SPEC. 1. *PHRYNUS LUNATUS*. *Phryne lunulé*.

P. Palpis corpore fere triplo longioribus; articuli tertii apice solum spinoso, spinis quatuor, duabus superis validioribus.

*Phryne lunulé*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 156, pl. 61, fig. 1.

GRONOR. *Zooph.*, n<sup>o</sup>. 955.

*Phalangium reniforme*. LINN. *System. nat.*, edit. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1029. — *Mus. Lud. Ulr.*, pag. 427.

PALL. *Spicil. zool.*, fasc. 9, pag. 35, tab. 3, fig. 5, 6.

*Tarantula lunata*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 435.

HERBST. *Naturg. phalang.*, tab. 3.

SEEA. *Mus.*, tom. 4, tab. 99, fig. 15.

Habitat in India Orientali, non vero in America.

*Phrynus medius*. ( HERBST. *Ibid.*, tab. 4, fig. 1. ) Corporis  
figura

figura præcedenti affinis, differt palpis duplo longioribus, interne per totam longitudinem spinosis, spinis apicalibus numerosioribus; illius patria certe America australis.

SPEC. 2. *PHRYNUS RENIFORMIS*. *Phryne réniforme*.

P. Palpis corporis longitudine, articulis secundo tertioque compressis, interne spinosis; hujus latere interno subdilato, spiniis quinque aut sex validis.

*Phryne réniforme*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 156.

PALL. *Spici<sup>l</sup>. zool.*, fasc. 9, pag. 55, tab. 3, fig. 3, 4.

*Tarantula reniformis*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 452.

HERBST. *Naturg. phalang.*, tab. 5, fig. 1.

Habitat in America Meridionali, Santo-Domingo, Jamaica, etc.

ANNOTATIO. *Phalangium reniforme* Linnæi, *phalangiumque Gronovii*, *zooph.*, n<sup>o</sup>. 935, ad speciem præcedentem referenda, ut illorum descriptionibus patet. « *Pedes octo; 1, 2 (palpi) corpore quadruplo longiores, setacei, nigri, mutici; articulo primo brevissimo, crassiore; secundo antice hispido, corpore longiore; tertius longitudine secundi, vix hispidus, terminatus aculeis robustis, quorum duo magni; digitus tertius spinis magnis, inæqualibus*. LINN. *Mus. Lud. Ulric.*, pag. 427.» — « *Phalangium palpis longissimis, crassis* ». GRONOV. *zooph.*, n<sup>o</sup>. 935. Synonymia ergo Pallas, Fabricii, Herbst, reformanda.

Linnæus pedes anticos, vel tentaculiformes, pro antennis habet.

XLI. GENUS. *THELYPHONUS*. *Thélyphone*.

*Phalangium*, LINN., PALL., HERBST. — *Scorpio*, GRONOV. — *Tarantula*, FABRICII.

*Maxillæ* subtriangulares, magnæ, intus conniventes. *Palpi* crassissimi, manu didactyla terminati.

*Corpus elongatum. Thorax oratus. Abdomen seta articulata, terminali (oculi ut in Phrynis).*

SPEC. 1. *THELYPHONUS PROSCORPIO*. *Thélyphone proscorpion*.  
*Thélyphone à queue*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*,  
 tom. 7, pag. 152, pl. 60, fig. 4.

GRONOV. *Zooph.*, n<sup>o</sup>. 952.

*Phalangium caudatum*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1,  
 pars 2, pag. 1029. — Mus. Lud. Ulr., pag. 426.

PALL. *Spicil. zool.*, fasc. 9, pag. 50, tab. 5, fig. 1, 2.

*Tarantula caudata*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 455.

HERBST. *Naturg. phalang.*, tab. 5, fig. 2.

SEBA. *Mus.*, tom. 1, tab. 70, fig. 7, 8.

RÆM. *Gener. Insect.*, tab. 29, fig. 11.

Habitat in America Australi; ab incolis Martinicæ Insulæ vocatur *le Vinaigrier*; sub nomine *Proscorpionis Cajennensis* in museo Parisino servabatur.

## F A M I L I A T E R T I A.

### SCORPIONIDES. SCORPIONIDES.

XLII. GENUS. *SCORPIO*. *Scorpion*.

*Scorpio*, LINN., DE GEER, FAB., OLIV., LAM.,  
 HERBST.

*Maxillæ* breves, rotundatæ, intus suborbiculato-fornicate, hirsutæ. *Labium* laciniis quatuor triangularibus, porrectis, conniventibus; externis duabus pedum anticorum, interuis pedum secundi paris, basi adnatis.

*Corpus* elongatum. *Oculi* sex aut octo; duo majores approximati, thoracis medium versus impositi; duo aut tres utrinque, parvi, subcontigui, ad ejusdem marginem anticum et lateralem. *Laminæ* duæ pectinatæ, inferæ, ad basin abdominis. *Cauda* articulis sex, ultimo aculeato; aculeo arcuato, venenum intromittente.

SPEC. 1. *SCORPIO EUROPEUS*. *Scorpion d'Europe*.

S. Oculis sex; pectinibus novemdentatis; manibus subcordatis,

angulatis, carpis unidentatis; corpore obscure brunneo, caudæ articulo ultimo pedibusque brunneo-flavescentibus.

*Scop. Entom. carn., n°.* 1122.

*Scorpion à queue jaune. DE GEER. Mém. s. l. Insect., tom. 7, pag. 359, pl. 40, fig. 11.*

*Scorpio Europæus. VILL. Entom., tom. 4, pag. 151, tab. 2, fig. 11.*

*HERBST. Naturg. skorp., tab. 5, fig. 2.*

*Scorpion d'Europe. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 116.*

*SEBA. Mus., tom. 1, tab. 70, n°.* 9, 10.

*Ræs. Insect., tom. 5, suppl., tab. 66, fig. 1, 2.*

Habitat in Europa Australiori.

OBSERVATIO. Linnæus speciem hanc non apprime novit: *Scorpioni Europæo* enim nec pectines octodecimi dentati, nec cauda sub aculeo mucronata. Varietatem illius insecti *Scorpionis carpathici* nomine designavit, et hanc delineaverunt Schæffer, *Elem. Entom., tab. 115*, et Herbst (*Scorp. Germanicus*), *tab. 5, fig. 2*. Auctoritate Linnæi abductus illustris Fabricius synonymiam intactam reliquit. De Geer etiam Scorpionem quemdam Cajennensem pro Europæo descripsit.

*SPEC. 2. SCORPIO MAURUS. Scorpion maure.*

S. Oculis sex; pectinibus ab octo ad decem dentibus; manibus cordatis, sublævibus; corpore fusco, granulato.

*Scorpio maurus. LINN. System. nat., ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1057.*

*Scorpion maure. DE GEER. Mém. s. l. Insect., tom. 7, pag. 357, pl. 40, fig. 1.*

*Scorpio maurus. FAB. Entom. system., tom. 2, pag. 454.*

*HERBST. Naturg. skorp., tab. 6, fig. 4.*

*Scorpion maure. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 119.*

*SEBA. Mus., tom. 1, pl. 70, fig. 6.*

Habitat in Barbaria.

SPEC. 5. *SCORPIO OCCITANUS*. *Scorpion roussâtre.*

S. Oculis octo ; pectinibus viginti octo dentibus ; corpore flavescente ; cauda corpore longiore, lineis elevatis, granulosis, mucrone nullo sub aculeo.

*Scorpio occitanus*. AMOREUX. *Journ. de Phys.*, juill. 1789.

HERBST. *Naturg. skorp.*, tab. 5, fig. 5.

MOUFFE. *Theat. Insect.*, pag. 204.

*Scorpio tunetanus*. REDI. *De Gener. Insect.*

MAUPERT. *Mém. de l'Acad. des Scienc.*, ann. 1731, pl. 16, fig. 5.

Habitat in Europa Australiori, in Gallia prope Nemausum, frequens in Lusitania. *Scorpio australis* Linnæi, (Herbst, tab. 4, fig. 1) probabiliter ejusdem insecti varietas major.

#### XLIII. GENUS. CHELIFER. Pince.

*Chelifer*, GEOFF., DE GEER, OLIV., LAM., HERM.  
— *Acarus*, phalangium, LINN. — *Scorpio*, FAB. —  
*Obisium*, ILLIG., WALCKENÆER.

*Maxille* longitudinales, magne, convexæ, ad latus internum inflexæ, conniventes, apice in acumen producto. *Labium* nullum.

*Corpus depressum, ecaudatum. Oculi duo aut quatuor, thoracis lateribus inserti.*

SPEC. 1. *CHELIFER CANCROIDES*. *Pince cancroïde.*

C. Thorace linea transversa, impressa, bipartito ; brachiis corpore duplo longioribus, articulis secundo tertioque conicis, elongatis ; corpore rubro-brunneo ; abdomine ovali.

*Pince cancroïde*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 141, pl. 61, fig. 2.

*Le scorpion araignée*. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 618.

*Faux-scorpion d'Europe*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 355, pl. 19, fig. 14.

*Phalangium cancroïdes*. LINN. System. nat., ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1028, — Faun. Suec., ed. 2, n°. 1968.

*Scorpio cancroïdes*. FAB. Entom. system., tom. 2, pag. 456.

*Obise cancroïde*. WALCK. Faun. Paris., tom. 2, pag. 253.

FRISCH. Insect., tom. 8, tab. 1.

RÆS. Insect., tom. 5, suppl., tab. 64.

Habitat in umbrosis suffocatis, libris, cistis, Acaris victitans, retrogradus.

SPEC. 2. CHELIFER CIMICOIDES. *Pince cimicoïde*.

C. Thorace linea transversa, impressa, bipartito; brachiis mediocribus, articulis brevibus, subovalibus, pilosis; abdomine orbiculato-ovato.

*Pince cimicoïde*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 142.

*Pince parasite*. HERM. Mém. apterol., pag. 117, pl. 7, fig. 6.

*Scorpio cimicoïdes*. FAB. Entom. system., tom. 2, pag. 456.

*Obise cimicoïde*. WALCK. Faun. Paris., tom. 2, pag. 253.

Habitat in Europa, sub arborum cortice.

SPEC. 5. CHELIFER TROMBIDIOIDES. *Pince trombidiïde*.

C. Oculis quatuor; mandibulis maximis, exsertis; brachiorum articulo secundo elongato; digitis longis, rectis.

*Pince trombidiïde*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 142.

*Pince ischnochèle*. HERM. Mém. aptérol., pag. 118, pl. 6, fig. 14.

Habitat Parisiis, sub lapidibus; Argentorati, inter muscos.

## FAMILIA QUARTA.

### PHALANGITA. PHALANGIENS.

#### XLIV. GENUS. GALEODES. *Galeode*.

*Galeodes*, OLIV., LAM. — *Phalangium*, PALL. — *Solpuga*, LICHTENST., FAB., HERBST. — *Rhax*, HERMANN.

*Os palpis*, mandibulis maxillisque duobus, labio

inferiori. *Palpi* maximi, pediformes, porrecti, pedum posteriorum fere longitudine, filiformes, maxillarum apici inserti, articulis quinque; primo brevissimo; tribus sequentibus, cylindricis, elongatis, secundo tertioque longioribus, illo praesertim; ultimo brevissimo, cylindrico-conico, apice rotundato, exungue, subcarnoso. *Mandibulae* corneae, ovatae, ventricosae, externae convexae, internae planae, bichelatae, praegraves, porrectae; chelis magis corneis, validis, imis, dentiformibus, longitudine mandibularum, compressis, apice acutissimis, arcuatis, latere interno valide dentatis; inferis mobilibus. *Maxillae* coxiformes, breves, crassae, cylindricae, basi contiguae, inde divaricatae, angulo interno et apicali indentem parvum conicum, villosum, productum. *Labium* inter maxillas, ad angulum quo divaricant, exsertum, parvum, corneum, liguliforme, compressum; apice unidentato; dente discreto, antico, inferne arcuato, falcato, aspectu quo labium compresso; labii facie antica lacinias duas parvas, ex angulo supero baseos maxillarum nascentes, inde coalitas, cum stylis duobus, mobilibus, villosis, ad apicem, praebente.

*Corpus* elongatum, molle, cute in annulos plicata. *Thorax* antice segmento maximo, caput referente, scuto duro, subtriangulari, antice latiore, postice truncato, oculifero, supra clypeato, infra os pedesque duos anticos gerente; a tergo in segmenta pedigera divisus, margine antico illorum, priorum praesertim, firmiori, inde magis minusve molli. *Abdomen* ovato-oblongum, segmentis, plicisve, octo vel novem. *Oculi* quatuor, ad thoracis scuti marginem anticum, medio tuberculi transverse impositi; duo praecipui, majores, oppositi, contigui, circulares, papilla elevata, subgranulata, iride radiata; duo alii minui, internodi



inferi, substernmatiformes. *Pedes* elongati, filiformes, pari antico excepto, didymi, basi transverse coaliti; tibiis articulis duobus elongatis; tarsis brevibus, duobus tribusve articulis, ultimo digitis duobus, filiformibus, arcuatis, ad apicem angue corneo instructis; pedes quatuor antici minores, subaequales; tertii secundes paululum excedentes, quarti longiores; primi tentaculares, basi, intervallo parvo, uno ab altero distantes; coxis triarticulatis; articulo primo majore, maxillis interne suboblique coadunato, femoribus et tibiis quam in pedum sequentium duobus paribus longioribus; tibiis femoribus longioribus, gracilioribus, spinis nullis terminalibus; tarsis articulo unico brevissimo, ultimo apice exungui; sequentium tiliarum eodem articulo tarsisque spinosis; pedum secundorum coxae tribus, tertiorum et posteriorum quatuor, articularis; coxae ultimae et singulae appendiculis quinque, membranaceis, flabelliformibus, ad angulum complicatis, pedicellatis, in serie longitudinali et infera dispositis.

OBSERVATIO. Mandibulae quorundam, ad chelarum originem, supra cirrhiferae. Corpus in omnibus villosum; palpis pedibusque pilis elongatis et setis rigidis, spinas aemulantibus, e puncto glanduloso enascentibus.

SPEC. I. *GALEODES ARANEOIDES. Galéode Aranéoïde.*

G. Pallido-flavescens, cinereo mixtus.

*Galéode Aranéoïde. OLIV. Encycl. méth. Hist. nat., tom. 6, pag. 580.*

*Galéode Aranéoïde. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 513.*

*PALL. Spic. zool., fasc. 9, pag. 37, tab. 5, fig. 7, 8, 9.*

*Solpuga Arachnoides. LICHTENST. Catal. Hamb., 1797, 151, 196.*

*Solpuga Araneoides. FAB. Suppl. entom. system., pag. 294.*

*Solpuga Arachnoides*. HERBST. *Naturg. solp.*, tab. 1, fig. 2.  
 SEBA. *Tom. 4*, tab. 99, fig. 14.

Habitat ad promontorium Bonæ Spei.

ANNOTATIO. A *Galcode* Russiæ Australis vix differt.

XLV. GENUS. *PHALANGIUM*. *Faucheur*.

*Phalangium*, LINN., GEOFF. ; DE GEER, *FAB.*,  
 OLIV., LAM., HERM. — *Opilio*, HERBST.

*Os* constat *rostello* supero, labriformi; *mandibulis* *palpisque* duobus; *maxillis*, partibusve forma similibus, sex; *labio* *vaginaque* sexuali; hac labii specie et pro illo habita.

*Rostellum* labriforme, sub mandibulis, supra maxillas, et palporum originis medio, insertum, corneum, breve, conicum, recta porrectum, apice acuminatum, corpus membranaceum operiens. *Mandibulae* sub thoracis marginis antici medio insertæ, longitudinaliter contiguæ, porrectæ, corneæ, subcylindricæ, compressæ, elongatæ, biarticulatæ, ad articulum secundum inflexæ aut geniculatæ; articulo isto apice forcipato; chelis conicis, æqualibus, externa (polliceye), mobili. *Palpi* maxillarum priorum basi superæ, et sub mandibularum ortu, inserti, subfiliformes, articulis quinque, tertio excepto, cylindricis; primo brevissimo; secundo ultimoque longioribus; isto graciliori, ungue parvo, corneo, arcuato, ad apicem instructo; articulo tertio, (basilari excepto) brevior, subconico. *Maxilla* sex, (corporave illas æmulantia), duplici ordine, oris aperture transverse et per paria opposita incumbentes, illam claudentes, brevissimæ, membranacæ; quatuor superis subvesiculosis, tumescentibus, basi subarticulatim incrassatis, subcylindricis; apice rotundatis, hirsutis; stylo parvo, conico, erecto, ad priorum basin supernam; inferis

inferis duabus angustis , elongatis , lanceolatis , ligulatis , vaginae sexualis apici incumbentibus , e pedum secundae paris origine nascentibus. *Labium* maxillis occultatum , membranaceum , quadratum , apice rotundatum , medio emarginatum. *Vagina* sexualis organum sexuale maris aut oviductum feminae includens , sub maxillis , pectoris medio longitudinaliterque prominulo , sterniformis , semiteres , apice truncato , labii marginem superum referente.

*Corpus* suborbiculatum aut ovale , molle , cute semicoriacea , latitudine altitudinem paulo superante. *Thorax* semicircularis , tuberculo oculum rotundum pupillaque conspicua , utrinque gerente , marginis postici medium versus. *Abdomen* subtus plicatum. *Pedes* octo , longissimi , tenues ; apice volubiles ; secundi longiores , tum quarti ; tertii primique omnium breviores ; *coxae* articulis tribus ; *tibiae* duobus ; *tarsi* plurimis , basilari multo longiore ; ungue parvo , corneo , arcuato , ad ultimi apicem.

*I. Pedes secundi corpore sextuplo fere longiores ; tarsi omnes tenuissimi , capillares , articulis inferis elongatis , latitudine quadruplo aut magis longioribus.*

SPEC. I. *PHALANGIUM OPILIO. Faucheur des murailles.*

P. Tuberculo oculifero spinularum corona duplici ; corpore ovali , femoribus spinulis distinctis , per series longitudinales plurimas dispositis ; dorso cinereo vel testaceo , abdominis medio nigricante ; spinis tuberculi oculiferi valde conspicuis ; oculis sursum distantibus ; spatio thoracis illos praecurrente non abrupte elevato ; tibiis anticis angulatis ( feminis unisulcatis ) ; palporum articulo secundo saepius macula nigricante aut obscuriore. — *Mas.* mandibularum articulo secundo ante apicem , transverse

longitudinaliterque præcedenti affixo, dimidio supero conico-elevata, corniformi; palpis corpore longioribus.

*Le Faucheur.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 627, pl. 20, fig. 6, n. o. mas — p. femina.

*Faucheur des murailles.* LATR. *Hist. nat. des Fourm. et Recueil de Mém.*, pag. 577, pl. 12, fig. 7. — *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 321.

*LIST.* *De Aran.*, pag. 94, tit. 55, fig. 55.

## M A S.

*Phalangium cornutum.* LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1028.

SCHÆFF. *Elem. entom.*, tab. 99. — *Icon. Insect.*, tab. 39, fig. 15.

*Faucheur cornu.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 175, pl. 10, fig. 12.

*Phalangium cornutum.* FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 450.

HERBST. *Naturg. Opil.*, tab. 1, fig. 5.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 102, pl. 8, fig. 6.

## F E M I N A.

*Phalangium opilio.* LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1027. — *Faun. Suec.*, ed. 2., n°. 1992.

*Faucheur des murailles.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 166, pl. 10, fig. 1.

*Phalangium opilio.* FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 429.

HERBST. *Naturg. Opil.*, tab. 1, fig. 1.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 98.

Habitat in Europæ plantis, muris.

OBSERVATIONES. 1°. Differentias sexuum recte vidit celeberrimus Geoffroi, vanæque de his Hermann objurgationes, ut constat observationibus nostris de hujus insecti copulatione. (Libro præcitato: *Hist. nat. des Fourm.*)

2°. Vidi phalangium præcedenti fere simile, at tibiis anticis

subcylindricis, nec distincte angulatis; palporum articulis tertio quartoque, illo præcipue, ad apicem internum in cornu ramumve productis, ut in *Phalangio uncatō* Hermann, *Mém. aptér.*, pag. 106, pl. 8, fig. 5; articulo secundo aliis concolore; corpore supra subnuceo, maculis pallidioribus, nec dorso nigricante; femoribus minus spinosis. Hæc species forte Hermann phalangium relatum, majus, et hoc individuum *femina*.

5º. *Opilio longipes* Herbst, *Naturg. opil.*, tab. 2, fig. 2, a phalangio *opilione* distinguitur colore pallido-nuceo, macula dorsali nigricante nulla; spinis tuberculi oculiferi brevioribus, minus conspicuis; oculis sursum approximatis, rubicundis, macula nigra impositis; spatio illos antecedente abrupte elevato; palporum articulo secundo aliis concolore; tibiis anticis cylindricis, subspinosis. *Opilions* varietas, Hermann. *Mém. aptér.*, p. 101.

4º. Hermann ph. *cornigerum* a mare ph. *opilions*, *cornutove* Linnæi discernitur palpis spinosis, articulis tertio quartoque interne ad apicem prominulis; mandibularum articulo secundo ante apicem tantum, chelas prope, in cornu superne elevato. *Mas phal. uncati?*

SPEC. 2. PHALANGIUM ROTUNDUM. *Faucheur rond.*

P. Tuberculo oculifero, lævi, nigro; corpore orbiculato-ovali, supra testaceo, dorso *femine* macula nigra, pallide punctata, quadrata aut trigona; denticulis duobus supra mandibularum basin; pedibus tenuissimis, nigris, femorum tibiisque articulorum apicibus pleramque albidis.

*Faucheur rond.* LATR. *Hist. nat. des Fourm. et Recueil de Mém.*, pag. 579. — *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 325.

HERBST. *Naturg. Opil.*, tab. 4.

RAZOUV. *Hist. nat. du Jorat*, tom. 1, pl. 5, fig. 15.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 109, pl. 8, fig. 1.

LIST. *De Aran.*, pag. 95, tit. 36.

Frequens Parisiis, in sylva *St.-Germain* dicta; ad pedes *Salicum*, loco *Petit-Gentilly*.

*Phalangium Chrysomeles* Hermannii hic locandum.

II. *Pedes secundi corpore triplo quadruplove ad magis longiores ; tarsi articulis quarto , quinto et sequentibus parum elongatis , latitudine duplo longioribus.*

SPEC. 3. *PHALANGIUM HISTRIX. Faucheur Porc-épic.*

P. Tuberculo oculifero parum elevato , granulis obsolete coronato ; corpore quadrato-ovali , supra cinerescente , vel lutescente-griseo ; coxis thoracisque lateribus spinosulis ; istius marginis antici medio spinis tribus approximatis , porrectis ; pedibus pallide lutescentibus , maculis obscuris ; tibiis angulatis ; tarsis articulis triginta aut amplius. — *Femina.* Macula dorsali , nigricante , quadrata.

*Faucheur porc-épic. LATR. Hist. nat. des Fourm. et Recueil de Mém. , pag. 576. — Hist. nat. des Crust. et des Insect. , tom. 7 , pag. 525.*

*HERM. Mém. aptérol. , pag. 107 , pl. 7 , fig. 1.*

Frequens Parisiis ; affine ph. *cristato* Olivier ( *Encyclop. méthod.* ) , et *opilioni hispido*. Herbst , tab. 5 , fig. 1 , 2.

SPEC. 4. *PHALANGIUM QUADRIDENTATUM. Faucheur à quatre dents.*

P. Tuberculo oculifero , palporum pedumque basi spinosis ; corpore ovali , depresso , obscure cinereo ; thoracis marginis antici medio spina validiori , elevata ; abdomine tuberculorum serie quadruplici , apice quadridentato ; tarsis secundi paris circiter decem et septem articulis.

*Phalangium quadridentatum. CUR. Mag. encycl.*

*Faucheur épineux. LATR. Hist. nat. des Fourm. et Recueil de Mém. , pag. 575. — Faucheur à quatre dents. Hist. nat. des Crust. et des Insect. , tom. 7 , pag. 522.*

*Phalangium quadridentatum. FAB. Suppl. entom. system. , pag. 265*

Habitat in Gallia Australi , sub lapidibus ; Parisiis rarum.

ANNOTATIONES. *Phalangium annulatum* Hermann , *Mém. aptér.* , pag. 110 , pl. 7 , fig. 2 , ph. *rotundo* admodum simile , et fortuito mandibulis adactylis.

*Phalangium urnigerum* ejusdem, tab. 9, fig. 2, 3, nomine *palliati*, a nobis designatum. *Hist. nat. des Fourm. et Recueil de Mém.*, pag. 578.

*Phalangium 2-maculatum* Fabricii, *Herm. tab. 8, fig. 4*, tarsis apice subclayatis.

Ad *Trogulos Acaridiasve* forsan revocandum ph. *Melanotarum* Hermann, tab. 5, fig. 2.

XLVI. GENUS. *TROGULUS*. *Trogule*.

*Phalangium*, LINN., FAB. — *Acarus*, SCOPOLI.

Os sub thoracis cavitate antica cuculliformi inclusum, mandibulis, palpis, maxillisque duobus, corporeque labiiformi medio. Mandibulæ cylindricæ, compressæ, elongate, biarticulate, geniculate, articulo ultimo forcipato, chelis subæqualibus, (apicem versus interne unidentatis, corporis labiiformis fossula apicibus insertis.) Palpi filiformes, mandibulis paulo longiores, geniculati, e maxillarum basi interna lateraliq̄ue nascentes, articulis quinque: primo brevissimo; secundo longissimo, cylindrico; tertio quartoque mediocribus, cylindrico-conicis; quarto paululum longiore; ultimo cylindrico-ovali, ad apicem ungue minutissimo, corneo, instructo. Maxillæ subcorneæ, ovales, cochleariiformes, marginatæ, divaricatæ. Corpus labiiforme ad angulum ubi divaricantur, parvum, membranaceum, suborbiculatum, veluti e partibus duabus lunatis, conniventibus, efformatum, spatio medio chelarum apicem recipiente. Corpus ovato-ellipticum, depressum, anteriora versus emarginatum, apice rotundo. Oculi duo, dorsales, ad corporis partis anticæ cucullatæ originem, intervallo brevi distantes, insertione singuli vix prominula. Pedes octo, elongati, filiformes, utrinque e basi communi, a pectore discreti, orti; secundi quartique longiores, sub-



aequales, tertii primique deinde; omnes coxis tibiisque articulis duobus, tarsis tribus; tarsorum primo longiore, tum ultimo; hujus apice rotundato, unguo corneo instructo.

SPEC. 1. *TROGULUS NEPEFORMIS*. *Trogule népiforme*.

T. Obscuro-cinereus, coloreve terreo; abdominis dorsi medio lateribusque obsolete, subcarinatis; tarsorum articuli primi apice externo producto.

*Tab. 6, fig. 1.*

*Trogule népiforme*. LATR. *Hist. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 527. — *Faucheur à bec*. *Hist. nat. des Fourm. et Recueil de Mém.*, pag. 574.

*Phalangium tricarinatum*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1029.

*Acarus nepiformis*. SCOP. *Entom. carn.*, n<sup>o</sup>. 1070.

*Phalangium carinatum*. FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 451.

WALCK. *Faun. Paris.*, tom. 2, pag. 252.

RÆM. *Gener. Insect.*, tab. 29, fig. 8?

Habitat in Gallia, Germania, sub lapidibus.

#### XLVII. GENUS. *SIRO*. *Ciron*.

*Os* detectum, *mandibulis* duabus, biarticulatis, cylindricis, compressis, apice forcipatis, longitudine fere corporis, apicibus, inter *maxillas* duas longitudinales, angustas, intus marginatas, repositis. *Palpi* duo articulis quinque, elongatis, secundo longiori, ut in generibus precedentibus configurati. *Corpus* ovale. *Oculi* duo, inter se valde distantes, thoracis ad latera, tuberculo erecto pedunculove inpositi. *Abdomen* supra et infra annulatum. *Pedes* elongati, filiformes; insertione privata; tibiis tarsisque articulis duobus; horum ultimo clavato, majore, ungue arcuato instructo.



SPEC. 1. *SIRO RUBENS*. *Ciron rougeâtre*.

S. Pallide ruber ; pedibus dilutioribus.

Tab. 6, fig. 2. *Amplificatum ; scala longitudinis adjecta*.

*Ciron rougeâtre*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 529. — *Préc. des car. génér. des Insect.*, pag. 185.

Habitat in Gallia, ad radices arborum, sub muscis.

Cum *Phal. rubente* Hermann comparandus, *Mém. aptér.*, pag. 105.

F A M I L I A Q U I N T A.

PYCNOGONIDES. PYCNOGONIDES.

I. *Mandibulæ* ( *biarticulatæ* ) ; *pedes decem*, *antici duo spurii*, *inflexi*, *oviferi*.

XLVIII. GENUS. *NYMPHON*. *Nymphon*.

*Phalangium*, LINN. — *Pycnogonum*, OTH. FAB.,

MULL. — *Nymphon*, FAB., LAMARCK.

*Mandibulæ didactylæ*. *Palpi duo*.

SPEC. 1. *NYMPHON GROSSIPES*. *Nymphon grossipède*.

N. Corpore glabro ; pedibus longissimis.

*Nymphon grossipes*. FAB. *Entom. system.*, tom. 4, pag. 417.

*Nymphon grossipède*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 535.

*Phalangium grossipes*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1027.

*Pycnogonum grossipes*. OTH. FAB. *Faun. Groenl.*, pag. 229.

*Pycnogonum grossipes*. MULL. *Zool. dan.*, tom. 2, pag. 67, tab. 119, fig. 5 — 9.

STRÆM. *Sondm.*, tom. 1, pag. 208, tab. 1, fig. 16.

Habitat in mari Norwegico, *mytilorum* testas penetrans et exhaustiens.

XLIX. GENUS. *PHOXICHILUS*. *Phoxichile*.

*Pycnogonum*, OTH. FABRICII.

*Mandibulæ monodactylæ*. *Palpi nulli*.

SPEC. 1. *PHOXICHILUS SPINIPES*. *Phoxichile* à pattes épineuses.

*Phoxichile*. LATR. *Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, tom. 24, tabl., pag. 157.

*Pycnogonum spinipes*. ОТН. ФАВ *Faun. Groenl.*, pag. 252.

*Nymphon hirtum?* ФАВ. *Entom. system.*, tom. 4, pag. 417.

Habitat ad littora maris Norwegici.

## II. Mandibulæ nullæ ; pedes octo.

L. GENUS. *PYCNOGONUM*. *Pycnogonon*.

*Pycnogonum*, BRUNNICH., MULL., ОТН. ФАВ., JOAN. ФАВ., OLIV., LAMARCK.

SPEC. 1. *PYCNOGONUM BALÆNARUM*. *Pycnogonon* des Baleines.

*Pycnogonum*. BRUNN. *Entom.*, pag. 84, fig. 4.

*Pycnogonum Balænarum*. ФАВ. *Entom. system.*, tom. 4, pag. 416.

*Pycnogonon des Baleines*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 552.

СТРАМ. *Sondm.*, tom. 1, pag. 209, tab. 1, fig. 17.

Habitat in Oceani Europæi littoribus, sub lapidibus.

ANNOTATIO. *Pycnogonum Ceti* Fabricii generis nostri *Cyani* typus.

## F A M I L I A S E X T A.

### ACARIDIÆ. ACARIDIES.

#### I. Palpi exserti, prominuli.

LI. GENUS. *TROMBIDIUM*. *Trombidion*.

*Trombidium*, ФАВ., OLIV., LAM., HERM. — *Acarus*, LINN., GEOFF., DE GEER.

*Palpi* elongato-conici, labii laterum posteriorum ad basin inserti, incurvi, articulis quatuor; primo brevissimo; secundo majore; tum tertio; ultimo conico, apice saltem corneo, unguiformi, acuto, subtus, ad basin,

basin , appendice pendula , mobili , pelliceve , subcylindrico , instructo , ( subchelato ). *Mandibulae* duae corneae , compressae , basi incurvae , postea subelongato-quadratae , modo perpendiculari paralleloque labio longitudinaliter incluse , apice inferiore ungue corneo , valido , compresso , recurvo , mobili , munito. *Labium* membranaceum , subconicum , mandibulas vaginans. *Corpus* subovale , aut subquadratum posticeque angustius , in duas partes transverse veluti divisum ; antica thoracica , firmiore , humiliore , angustiore , os , oculos , pedes quatuor anticos gerente ; postica abdominali , multo majore , mollissima , pedes quatuor posteriores et a precedentibus intervallo notabili distantes , ferente. *Oculi* utrinque duo , bini , ad apicem pedunculi , cylindrici , erecti , impositi. *Pedes* articulis sex , unguibus duobus brevissimis , compressis , arcuatis , in fissura tarsorum apicis media , absconditis ; antici duo saepius longiores.

SPEC. 1. *TROMBIDIUM TINCTORIUM*. *Trombidion colorant*.

T. Subquadratum , coccineum , immaculatum , tomentosohirsutissimum ; pilis setaceis , elongatis , barbatis.

*Trombidium tinctorium*. *FAB. Entom. system. , tom. 2 , p. 398.*

*Trombidion colorant*. *LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect. , tom. 7 , pag. 397 , pl. 61 , fig. 1.*

*HERM. Mém. aptér. , pag. 20 , pl. 1 , fig. 1.*

*Acurus tinctorius*. *LINN. System. nat. , ed. 15 , tom. 1 , pars 2 , pag. 1025.*

*PALL. Spicil. zool. , fasc. 9 , pag. 42 , tab. 3 , fig. 11.*

*SLABB. Microsc. , tab. 2.*

Habitat in Guinea.

SPEC. 2. *TROMBIDIUM HOLOSERICUM*. *Trombidion satiné*.

T. Subquadratum , coccineum , immaculatum , tomentosum ;

tomento brevi, e pilis, papillisve, cylindricis, apice rotundatis, aut obtusis, efformato.

*Trombidium holosericeum.* FAB. *Entom. system.*, tom. 2, pag. 598.

*Trombidion satiné.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 396.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 20, pl. 1, fig. 2; et pl. 2, fig. 1.

*Acarus holosericeus.* LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1025. — *Faun. Succ.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 1979.

*La Tique rouge satinée, terrestre.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 624.

*Mitte satinée terrestre.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 136, pl. 8, fig. 12, 15.

LIST. *De Aran.*, pag. 100, tit. 58, fig. 58.

Habitat in Europa; frequens vere primo, in hortorum muris, arboribus.

SPEC. 3. *TROMBIDIUM FULIGINOSUM.* *Trombidium fuligineux.*

T. Elongato-subquadratum, obscure rubrum, immaculatum, tomentosum; tomento brevi, pilis barbatis.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 25, pl. 1, fig. 5.

Habitat in Gallia.

LII. GENUS. *ERYTHRÆUS.* *Erythrée.*

*Acarus*, DE GEER. — *Trombidium*, HERMANN.

*Palpi* elongati, conici, articulo ultimo subtus appendice mobili instructo, subchelato. *Pedes* quatuor antici a cæteris intervallo notabili nec distantes, nec corporis parti ab abdomine discretæ, inserti. *Oculi* duo, sessiles.

SPEC. 1. *ERYTHRÆUS PHALANGIOIDES.* *Erythrée Faucheur.*

E. *Pedibus* longissimis, articulo ultimo lato, compresso; posticis primis deinde longioribus; corpore obscure-rubro; fascia dorsali flavo-aurantia.

Mitte Faucheur. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 154, pl. 8, fig. 7, 8.

Trombidium Faucheur. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 597.

HERMAN. *Mém. aptérol.*, pag. 55, pl. 1, fig. 10.

Habitat humo, in Europa, velocissime currens.

Cum *Acaro rupestri* Linnæi conferendus.

LIII. GENUS. *GAMASUS*. *Gamase*.

*Acarus*, LINN., GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV.

— *Trombidium*, *Acarus*, HERMANN.

*Palpi* appendice pendula mobilique nulla. *Pulvilli* vesiculosi (unguiculati?) ad tarsorum apicem.

I. *Corpus cute molli, dorso haud coriaceo.*

OBSERVATIO. *Trombidia Acarique* perpauca Fabricii, Hermann, huc referenda. Specierum illarum designationem nondum satis exploravi. Sequentes, anxie tamen, indicabo: *Trombidium trimaculatum* Hermann; ejusdem *miniatum*, *parietinum* (*Acarus baccarum*? Linn.) *cornigerum*, *lapidum*, *telarium*, *sociale*, *Acarus Hirundinis*, *Vespertilionis*; insecta forte genus peculiare constituentia. *Trombidium trimaculatum* figuravit etiam Rossi, *Faun. Etrusc. Mant.* 2, tab. 7, fig. 1.

II. *Corpus (depressum) cute dorsali partim aut omnino coriacea.*

SPEC. 1 *GAMASUS COLEOPTRATORUM*. *Gamase des Coléoptères.*

G. Dorsi dimidio antico maculaque trigona postica, coriaceis, fuscis; pedibus primis ultimis paulo longioribus.

*Gamase des Coléoptères*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 599. — Gen. CARPAIS. *Préc. des caract. gén. des Insect.*, pag. 184.

*Acarus Coleoptratorum*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1026. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 1975.

*La mitte des Coléoptères.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 623.

*Mitte des Bourdons.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 112, pl. 6, fig. 15.

*Acarus Coleoptratorum.* FAB. *Entom. system.*, tom. 4, pag. 452.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 74.

RÆS. *Insect.*, tom. 4, tab. 1, fig. 10 — 15.

Habitat in excrementis bovinis, equinis, coleopterisque illuc advenientibus, *scarabaeidibus*, *Necrophoris*, maxime, se affigens.

SPEC. 2. *GAMASUS MARGINATUS.* *Gamase bordé.*

G. Ovatus, brunneus, pilosus, supra infraque coriaceus, abdominis marginibus solis membranaceis, albidis; pedibus anticis corpore fere duplo longioribus.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 76, pl. 6, fig. 6.

In cadaveris humani corpore calloso a doctore Hermann lecta; sub plantis putrescentibus, in fimo, Parisiis, a me sæpius detecta. Ab *Acaro Cellari* ejusdem differt pedibus valde inæqualibus, abdomine immarginato: istum non vidi; forte idem insectum.

*Gamasis* associandi *Acarus longipes* Hermann, tab. 1, fig. 8; Ejusd. *A. testudinarius*, tab. 9, fig. 1; *A. Crassipes.*, tab. 5, fig. 6. Primus, errore profecto, in icone, pedibus decem gaudet. Affinis, ut subsequens, *Gamaso marginato*. Ultimus tertiusve pedibus secundis crassissimis, dentatis, facile agnoscendus.

## II. Palpi brevissimi, haud exserti.

LIV. GENUS. *ORIBATA.* *Oribate.*

*Acarus*, LINN., GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV.  
— *Notaspis*, HERMANN.

Corpus cute coriacea (dorso sæpius clipeato), antice rostratum; rostro instrumenta cibaria includente. (*Tarsi* ad apicem sæpius tribus unguibus instructi).

I. Abdomen subglobosum, nec antice angulatim productum, nec alatum.

SPEC. 1. *ORIBATA GENICULATA*. *Oribate gros-genoux*.

O. Fusco-castanea, nitida, pilosa; pedibus pallido-fuscis, femoribus subclavatis.

*Oribate gros-genoux*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 400. — Gen. *ACARUS*. *Préc. des caract. génér. des Insect.*, pag. 184.

*Acarus geniculatus*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pag. 1025. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 1977.

*La tique noire et lisse des pierres*. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 626.

*Mitte de l'écorce des arbres*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 151, pl. 8, fig. 1.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 88, pl. 4, fig. 7.

Habitat in Europæ arboribus, lapidibus.

*Notaspis corynopus* Hermann a *notaspide castaneo* ejusdem parum diversus, pedum articulo penultimo subfurcato, si fides Iconi adhibenda, distinctus.

SPEC. 2. *ORIBATA THELEPROCIUS*. *Oribate théleprocte*.

O. nigra; dorso clypeato; clypeolo per circulos concentricos diviso, striato.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 91, pl. 7, fig. 5, K. L. M.

Frequens Brivæ, in arboribus; forma clypeata, motu lentissimo, Testudinibus proxima accedens.

SPEC. 3. *ORIBATA CASSIDEA*. *Oribate cassidée*.

O. Castanea; scuto depresso, hyalino; pedibus primis antenniformibus, motatoriis.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 95, pl. 6, fig. 2.

Inter muscos, Argentorati.

II. Abdomen subglobosum; laterum anticorum margine in angulum producto, vel aliformi.

SPEC. 4. *ORIBATA ALATA*. *Oribate ailée*.

O. Abdomine obscure castaneo, glaberrimo; lateribus solute alatis.

*Acarus coleoptratus*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1025. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 1975.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 92, pl. 4, fig. 6.

In muscis, Argentorati.

SPEC. 5. *ORIBATA HUMERALIS*. *Oribate huméral.*

O. Abdomine nigricante-castaneo, glaberrimo; lateribus ad angulum rectum, antice, membranaceo-productis.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 92, pl. 4, fig. 5.

Mitte à rebord. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 155? pl. 8, fig. 6.

Habitat cum præcedentibus.

III. *Abdomen subquadratum, nec antice angulatim productum, nec alatum.*

SPEC. 6. *ORIBATA TEGEOCRANA*. *Oribate tégéocrane.*

O. Abdomine oblongo, margine anteriore setis quatuor albis; capite scuto triangulari tecto, squamula laterali pellucida.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 95, pl. 4, fig. 5, 4.

Habitat cum præcedentibus.

SPEC. 7. *ORIBATA HORRIDA*. *Oribate horrible.*

O. aspera; abdomine postice bidentato, quadrihamato.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 90, pl. 6 fig. 5.

Habitat cum præcedentibus.

LV. GENUS. *ACARUS*. *Mite.*

*Acarus*, LINN., GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV., HERMANN.

*Corpus* molle, instrumentis cibariis nudis. *Tarsi* vesicula apicali, pedunculata.

SPEC. 1. *ACARUS DOMESTICUS*. *Mite domestique.*

A. Albus, maculis binis fuscis; corpore ovato, medio coarctato, pilis longissimis; pedibus æqualibus.



*Acarus siro.* LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1024. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 1975.

*Ciron du fromage.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, p. 622.  
*Mitte domestique.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 88, pl. 5, fig. 1, 2, 5, 4.

*Acarus siro.* FAB. *Entom. system.*, tom. 4, pag. 450.

*Mite domestique.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 400, pl. 66, fig. 2, 5. — *Gen. TYROGLYPHUS.*  
*Préc. des caract. génér. des Insect.*, pag. 185.

Habitat in caseo, farina, diutius asservatis.

SPEC. 2. *ACARUS FARINÆ.* *Mite de la farine.*

A. oblongus, albus; capite rufescente; pedibus conicis, crassioribus, æqualibus.

*Mitte de la farine.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 97, pl. 5, fig. 15.

*Mite de la farine.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 400.

SCHRANK. *Enum. Insect. aust.*, n<sup>o</sup>. 1051, tab. 5, fig. 4.

Nota. *Acari lactis, dysentericæ* Linnæi, Fabricii, ab illo specificè distincti? Forte idem animalculum ætatibus diversis. *Acarus dimidiatus* Hermann, tab. 6, fig. 4, ab *Ac. domestico* haud multum differt. Ejusdem *Acarus favorum* ab *Acaro farine* nostro haud diversus. Genus hoc forte cum sequenti ad examen usque ulterius conjungendum.

## F A M I L I A S E P T I M A.

### R I C I N I Æ. T I Q U E S.

*I. Corpus mollissimum, crassiusculum, cute dorsali haud coriacea; oculi conspicui.*

LVI. GENUS. *SARCOPTES.* *Sarcopte.*

*Acarus*, LINN., GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV.,  
*HERMANN.*

SPEC. 1. *SARCOPTES PASSERINUS.* *Sarcopte des Moineaux.*

S. Pedibus tertiis crassissimis,

*Sarcopte des moineaux.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 54, pl. 67, fig. 9.

*Acarus passerinus.* LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pag. 1025.

*Mitte des moineaux.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 109, pl. 6, fig. 12.

*Acarus passerinus.* FAB. *Entom. system.*, tom. 4, pag. 429.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 82, pl. 5, fig. 7.

*Pulex Sturni.* REDL. *Opusc.*, tom. 1. *Insect.*, tab. 2, fig. 4.

Habitat in avibus.

ANNOTATIO. Tarsi vesicula pedunculata, apicali; *Acarus* n<sup>o</sup>. 14 Geoffroi diversus, e genere *Caris*.

SPEC. 2. *SARCOPTES SCABIEI.* *Sarcopte de la gale.*

S. Subrotundus; pedibus brevibus, rufescentibus; posticis quatuor seta longissima; plantis quatuor anticis capitulo terminatis.

*Sarcopte de la gale.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 55; et tom. 7, pl. 66, fig. 8. — *Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, tom. 20, pag. 157.

*Le ciron de la gale.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, p. 622.

*Mitte de la gale.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 94, pl. 5, fig. 12, 13.

*Acarus scabiei.* FAB. *Entom. system.*, tom. 4, pag. 450.

Habitat in scabiei ulceribus.

Cum illo confer *Ac. exulcerantem* Linnæi, *system. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1024. Pediculum loco hujus insecti delineavit Villers, *Entom.*, tom. 4, tab. 11, fig. 6.

Sarcoptibus acarisve nostris associandi acari sequentes: *Destructor* Schrank (*Enum. Insect. aust.*, n<sup>o</sup>. 1057); *torosus* Hermann. Hujus *Acarus flavicans* Livicæ juncorum larva.

LVII. GENUS. *CHEYLETUS.* *Cheylète.*

*Corpus* brachiis duobus anticis crassissimis, apice falcatis.

SPEC. 1.

SPEC. 1. *CHEYLETUS ERUDITUS*. *Cheylète érudit.*

*Cheylète érudit.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 54.

*Acarus eruditus.* SCHRANK. *Enum. Insect. Aust.*, n°. 1058. tab. 2, fig. 1. — *Pediculus Musculi*, n°. 1024, tab. 1, fig. 5.

Habitat in libris, musæis.

LVIII. GENUS. *SMARIS*. *Smaris*.

*Acarus*, SCHRANK. — *Trombidium*, HERMANN.

*Os* in rostrum elongatum, porrectum, subcylindricum, apice sensim paulo graciliore, truncato, productum, e maxillis duabus setiformibus, longioribus, labioque efformatum. *Palpi* rostrum longitudine vix excedentes, subparalleli, porrecti, recti, subcylindrici, articulis quatuor, ultimo setis nullis elongatis, distinctis, apicalibus.

*Corpus* ovale, squamosum (rubrum). *Oculi* duo. *Pedes* antici longiores; postici quatuor subremoti.

SPEC. 1. *SMARIS SAMBUCCI*. *Smaris du sureau.*

*Smaris du sureau.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 54. — *Genr. SMARIS. Préc. des caract. génér. des Insect.*, pag. 180.

*Acarus sambuci.* SCHRANK. *Enum. Insect. Aust.*, n°. 1085.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 50, pl. 2, fig. 8; et pl. 9, fig. L, M, N.

Habitat in arboribus; Brivæ, in Gallia Australi, lectus.

LIX. GENUS. *BDELLA*. *Bdelle*.

*Bdella*, LATR., LAM. — *Acarus*, LINN., FAB. — *Chelifer*, GEOFF. — *Scirus*, HERMANN.

*Os* in rostrum elongatum, depresso-conicum, vel subulatum, valvulis setisve (maxillis et labio) tribus, subæqualibus, lanceolatis. *Palpi* elongati, sæpius geniculati

articulo ultimo pilis setisve duobus, elongatis, distinctis.

*Corpus* ovatum (coccineum), transverse subbipartitum. *Oculi* quatuor. *Pedes* postici longiores.

SPEC. 1. *BDELLA RUBRA*. *Bdelle rouge*.

B. Antennis geniculatis, articulis secundo tertioque brevissimis, primo et ultimo elongatis; rostro thorace longiore, subulato; corpore coccineo; pedibus pallidioribus.

*Bdelle rouge*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 55, pl. 67, fig. 7. — *Genr. BDELLE. Préc. des caract. génér. des Insect.*, pag. 180.

*Bdella rubra*. LAM. *Syst. des An. sans vertèb.*, pag. 179.

*Acarus longicornis*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 1026. — *Faun. Suec.*, edit. 2, n°. 1985.

*La pince rouge*. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 618, pl. 20, fig. 5.

HERM. *Mém. aptérol.*, pag. 61, pl. 5, fig. 9, et pl. 9. S.

Habitat in Europa, sub lapidibus.

OBSERVATIO. Haud valde diffinis *Scirus longirostris* Hermann, pag. 62, tab. 6, fig. 12, has præter species duas memorat: *latirostrem*, *setirostrem*. Prior distinguitur rostro thorace brevior; antennis triarticulatis, ultimo brevior; posterior, rostro subulato, antennis biarticulatis, apice unisetis. Inter muscos, cum præcedenti collectæ.

Habitat in Gallia Australis, Germania, arboribus putridis. Variat colore nigro.

SPEC. 6. *CARABUS INTRICATUS*. Carabe embrouillé.

C. Supra nigro-violaceus, infra niger; thorace angusto, diametris subæqualibus; elytris striis irregularibus, intervallis punctato-rugosis; elytro singulo lineis tribus elevato-catenulatis.

*Carabus intricatus*. LINN. Faun. Suec., ed. 2, n°. 780.

*Carabus cyaneus*. FAB. System. eleut., tom. 1, pag. 171.

*Carabe bleu*. OLIV. Entom., tom. 3, n°. 33, pl. 3, fig. 47.

*Carabe bleu*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 8, pag. 310.

PANZ. Faun. Insect. Germ., fasc. 81, fig. 2.

Habitat in Europa: rarus in Gallia.

SPEC. 7. *CARABUS NEMORALIS*. Carabe némoral.

C. Niger; thoracis lateribus elytrorumque margine violaceis; elytris obscuro-cupreis, rugosulis; singulo punctorum excavatorum triplici serie.

*Carabe azuré.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 4, pag. 89.

*Carabus hortensis.* FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 18.

*Carabe jardinier.* OLIV. *Entom.*, tom. 5, n°. 35, pl. 4, fig. 35. a.

*Carabus nemoralis.* ILLIG. *Coleopt. Bor.*, pag. 152.

*Carabe jardinier.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 312.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 5, fig. 2.

Habitat in Gallia, Germania.

SPEC. 8. *CARABUS MONILIS.* *Carabe collier.*

C. Supra æneo-viridis aut violaceo-niger, infra niger; elytro singulo lincis elevatis quatuordecim circiter, duabus in medio distinctioribus; quarta, octava, duodecima, a sutura, catenulatis; abdomine elongato-ovali.

*Carabe enchainé.* OLIV. *Entom.*, tom. 5, n°. 35, pl. 5, fig. 29.

*Carabus monilis.* FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 171.

*Carabe enchainé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 319.

Habitat in Gallia, Germania.

SPEC. 9. *CARABUS MORBILLOSUS.* *Carabe galonné.*

C. Supra æneus vel nigro-cupreus, infra niger; elytro singulo costis tribus, una ad suturam; interstitiis linea catenulata et ex ejusdem utroque latere linea levata, punctato-subrugosa, minus distincta; abdomine elongato-ovali.

*Le Bupreste galonné.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 143.

*Carabe granulé.* OLIV. *Entom.*, tom. 5, n°. 35, pl. 2, fig. 13 et 20. a. b.

*Carabus morbillosus.* FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 176.

*Carabe granulé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 318, pl. 73, fig. 9.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 81, fig. 5.

OBSERVATIO. Antennæ penitus nigrae; thorax sæpe cupreus;

tibiæ mediæ lineola tomentosa, rufescente: variat colore violaceo, lateribus etiam quandoque viridibus.

SPEC. 10. *CARABUS GRANULATUS*. *Carabe granulé*.

C. Supra æneus, vel cupreus, aut violacco-niger, infra niger; antennis plane nigris; elytro singulo costis tribus lineaque elevata, abbreviata, ad suturam; interstitiis linea elevato-catenulata lineolisque elevatis, confusis, punctato-rugosis; abdomine ovali.

*Carabus granulatus*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pag. 668. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 781.

*Carabé à points convexes*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 4, pag. 88.

*Carabus cancellatus*. FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 176.

*Carabe vagabond*. OLIV. *Entom.*, tom. 5, n°. 55, pl. 5, fig. 23.

*Carabus granulatus*. ILLIG. *Coleopt. Bor.*, pag. 154.

*Carabe vagabond*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 520.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 85, fig. 1.

Habitat in Europa.

OBSERVATIO. Videtur esse *Carabus granulatus* Scopoli. « Mirum sane, inquit ille auctor, quod illust. Linnæus punctorum elytri quidem, linearum vero elevatarum iisdem interpositarum meminerit nihil ». Characterem hunc tamen non siluit Linnæus in Faunæ Suevicæ editione priori: « Inter singulam punctorum ordinem linea longitudinalis elevata ». Pag. 170.

SPEC. 11. *CARABUS ARVENSIS*. *Carabe campagnard*.

C. Supra cupreus aut niger; antennis penitus nigris; elytro singulo lineis parum elevatis, transverse incisis, subæqualibus, quatuordecim circiter; quarta, octava, duodecima, a sutura, catenulatis; abdomine ovali.

*Carabus arvensis*. FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 174.

*Carabus arvensis*. ILLIG. *Coleopt. Bor.*, pag. 155.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 74, fig. 3; et fasc. 81, fig. 5.

Habitat in Germania.

Ut jure observavit dom. Illiger, *Carabus arvensis* Olivier ad *Car. sylvestrem* Fab. referendus.

SPEC. 12. *CARABUS CANCELLATUS*. *Carabe guilloché.*

C. Supra æneus aut viridis, infra niger; antennarum articulo basilari rufo; elytro singulo costis tribus lineisque tribus elevato-catenulatis, alternis; costa suturali dimidiata; abdomine ovali.

*Carabus granulatus*. FAB. *Entom. system.*, tom. 1, p. 150.

*Carabus cancellatus*. ILLIG. *Coleopt. Bor.*, pag. 154.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 81, fig. 6.

OBSERVATIO. Colore rufo articuli primi antennarum a præcedentibus optime distinguitur.

II. *Mandibulæ parvæ, vix extra labrum progressæ.*  
(*Tibicæ anticæ latere interno emarginatæ.*)

XCIX. GENUS. *PANAGÆUS*. *Panagée.*

*Carabus*, LINN., GEOFF., FAB., OLIVIER.

*Palpi* maxillares interni brevissimi, articulo ultimo ovato; externi labialesque, hi præsertim, eodem articulo securiformi. *Maxillæ*, a palporum insertionem ad apicem, brevissimæ. *Labium* corneum, brevissimum, margine superno recto, utrinque breviter unidentato; *mento* apice tridentato.

*Caput* abdomine multo angustius, oculis prominulis, collo distincto, abrupte efformato. *Thorax* orbicularis. *Abdomen* subquadratum, angulis rotundatis.

SPEC. 1. *PANAGÆUS CRUX-MAJOR*. *Panagée grand'-croix.*

P. Niger, profunde punctatus; elytris punctato-striatis, rubris, cruce apiceque nigris.

*Panagée bipustulé*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 292, pl. 75, fig. 7.

*Carabus crux-major*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 675. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 808.

*Le chevalier noir*. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 150.

*Carabus crux-major*. FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 202.

*Carabe bipustulé*. OLIV. *Entom.*, tom. 5, n<sup>o</sup>. 55, pl. 8, fig. 95. a. b.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 16, fig. 1.

Habitat in Europa.

S T I R P S O C T A V A.

BARBATI. BARBUS.

I. *Labium elongatum vel tam latum quam longum; palpi ejus lateribus et apicem infra inserti.*

( *Corpus oblongum; thorax suborbiculatus, aut truncato-cordatus.* )

1. *Palpi maxillares labialesque præsertim articulo ultimo subconico; mandibulæ extra labium valde productæ.*

( *Tibicæ anticæ ut alicæ ad latus internum haud emarginatæ.* )

C. GENUS. *NEBRIA*. *Nébrie*.

*Carabus*, LINN., FAB., OLIVIER.

*Mandibulæ* ad lateris externi basin parum dilatatæ. *Labium* subquadratum, extra labrum nec productum, nec apice trispinosum. *Palpi* labiales capite non duplo longiores. *Menti* sinus dente medio emarginato.

SPEC. 1. *NEBRIA ARENARIA*. *Nébrie arénaire*.

N. Pallido-flavescens; elytris dilutioribus, striatis, fasciis duabus maculosis, transversis, nigris.

*Tab. 7, fig. 6.*

*Nébrie arénaire*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 275, pl. 73, fig. 5.

*Carabus complanatus*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 671.

*Carabus arenarius*. FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 179.

*Carabe arénaire*. OLIV. *Entom.*, tom. 5, n°. 55, pl. 5, fig. 54. a. b. c.

Habitat in Gallia, Anglia, Hispania locis sabulosis, maritimis.

SPEC. 2. *NEBRIA LIVIDA*. *Nébrie livide*.

N. Nigra, antennis, thorace, limbo elytrorum pedibusque rufo-flavescentibus.

*Nébrie livide*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 276.

*Carabus lividus*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 670. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 791.

*Carabus sabulosus*. FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 179.

*Carabe livide*. OLIV. *Entom.*, tom. 5, n°. 55, pl. 10, fig. 108.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 51, fig. 4.

Habitat in Europa boreali.

OBSERVATIO. *Carabus lateralis* Fabricii, *System. eleut.*, tom. 1, pag. 180, a *Neb. livida* haud distinctus.

SPEC. 5. *NEBRIA BREVICOLLIS*. *Nébrie brévicolle*.

N. Nigra, nitida, antennis, palpis, tibiis tarsisque brunneis.

*Nébrie brévicolle*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 276.

*Carabus brevicollis*. FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 191.

*Carabus infidus*. ROSS. *Faun. Etr.*, mant. 1, pag. 88, n°. 198.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 11, fig. 8. — Ejusdem *Carabus depressus*. Fasc. 51, fig. 8.

Habitat in Gallia, Germania, Italia, sub lapidibus, cortice arborum.

SPEC. 4. *NEBRIA MULTIPUNCTATA*. *Nébrie à plusieurs-points*.

N. Infra nigra, supra nigro-ænea; elytri singuli medio foveis impressis, dilutioribus, in ordine duplici, longitudinali seriatis; intervallis subcatenatis.

*Nébrie à plusieurs points*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 277.



*Carabus multipunctatus*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 672. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 805.

*Carabus multipunctatus*. FAB. *System. eleut.*, tom. 1, p. 182.

*Carabe multiponctué*. OLIV. *Entom.*, tom. 5, n<sup>o</sup>. 55, pl. 11, fig. 158.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 11, fig. 5.

Habitat in Europæ Borealis sylvis.

OBSERVATIO. *Carabus Helwigii* Panzer, fasc. 89, fig. 4, hic referendus?

CI. GENUS. *POGONOPHORUS*. *Pogonophore*.

*Leistus*, FRÆLICH. — *Carabus*, LINN., FAB., OLIV. — *Manticora*, JURINE.

*Mandibulæ* ad lateris externi basin valde depresso-dilatæ. *Labium* corneum, elongatum, inter mandibulas productum, apicem versus dente utrinque membranaceo auctum, abrupte angustatum, apice trispinoso. *Palpi* labiales capite duplo longiores.

SPEC. 1. *POGONOPHORUS CÆRULEUS*. *Pogonophore bleu*.

P. Supra cyaneus; antennis, ore, tibiis tarsisque rufo-brunneis.

*Tab. 7, fig. 4. Auctus, scala longitudinis adjecta.*

*Pogonophore bleu*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 271, pl. 75, fig. 1.

*Carabus spinibarbis*. FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 181.

*Carabe spinibarbe*. OLIV. *Entom.*, tom. 5, n<sup>o</sup>. 55, pl. 5, fig. 22. a. b. c.

*Carabus spinibarbis*. PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 50, fig. 6. — Eiusdem *manticora pallipes*. Fasc. 89, fig. 2.

Variat colore dilutiore. Ibid. Fasc. 89, fig. 3.

Habitat in Gallia, Germania, sub cortice arborum.

SPEC. 2. *POGONOPHORUS RUFESCENS*. *Pogonophore roussâtre*.

P. Rufescens, vertice anoque nigris.

*Pogonophore roussâtre*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 271.

*Carabus rufescens*. FAB. System. eleut., tom. 1, pag. 205.

*Carabe roussâtre*. OLIV. Entom., tom. 3, n<sup>o</sup>. 55, pl. 12, fig. 146.

Var. A. *Elytris obscurioribus*. — PANZ. Faun. Insect. Germ., fasc. 54, fig. 4.

Var. B. Totus rufescens.

*Carabus spinilabris*. FAB. System. eleut., tom. 1, pag. 204.

PANZ. Faun. Insect. Germ., fasc. 59, fig. 11.

Habitat in Gallia, Germania.

2. *Palpi maxillares externi labialesque articulo ultimo cylindrico-ovali; mandibulæ breves.*

(*Tibicæ anticæ ad latus internum emarginatæ.*)

## CII. GENUS. LORICERA. Loricère.

*Carabus*, LINN., FAB., OLIV. — *Buprestis*, GEOFFROI.

*Antennæ incurvæ*, articulis primis ab ultimis forma et proportionem diversis. *Maxillæ* dorso emarginato, unidentato.

*Caput* collo distincto. *Thorax* suborbicularis.

SPEC. I. LORICERA ÆNEA. Loricère bronzée.

L. Ænea; elytris punctato-striatis; stria quarta, a sutura, foveolis tribus.

Tab. 7, fig. 5. *Aucta*, cum longitudinis scala.

Loricère bronzée. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 8, pag. 274, pl. 75, fig. 2.

Le Bupreste à six points enfoncés. GEOFF. Hist. des Insect., tom. 1, pag. 147.

*Carabus pilicornis*. FAB. System. eleut., tom. 1, pag. 195.

*Carabe pilicorne*. OLIV. Entom., tom. 3, n<sup>o</sup>. 55, pl. 11, fig. 119.

PANZ. Faun. Insect. Germ., fasc. 11, fig. 10.

Habitat in Gallia, Germania.

## II. Labium

II. *Labium transversum* ; palpi ejus marginis superiori medio inserti , basi contigui.

( *Corpus subhæmispherico-ovatum* ; thorax brevis , transversus. )

CIII. GENUS. *OMOPHRON*. *Omophon*.

*Scolytus* , FAB. — *Carabus* , OLIVIER.

SPEC. 1. *OMOPHRON LIMBATUM*. *Omophon bordé*.

O. Pallido-ferrugineum ; capitis vertice , thoracis macula postica , clytrorum macula humerali , sutura fasciisque duabus transversis , viridibus.

*Tab. 7, fig. 7. Auctum , longitudinis scala adjecta.*

*Omophon bordé*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.* , tom. 8 , pag. 284 , pl. 75 , fig. 4.

*Scolytus limbatus*. FAB. *Syst. eleut.* , tom. 1 , pag. 247.

*Carabe bordé*. OLIV. *Entom.* , tom. 3 , n<sup>o</sup>. 35 , pl. 4 , fig. 43. a. b.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.* , fasc. 2 , fig. 9.

Habitat in Galliæ , Germaniæ locis sabulosis , humidis.

*Larvam* observavit *Anselmus Desmarets*. *Corpus* elongatum , conicum , depressum , antice latius , segmentis duodecim , quorum tria antica latiora , pedigera. *Antennæ* duæ , setaceæ , secundum latera ante oculos insertæ , articulis quinque , tribus bascos crassioribus. *Oculi* duo parvi , nigri. *Os* mandibulis duabus elongatis , arcuatis , intus denticulatis ; *maxillis* duabus linearibus , apice subulatis denteque interno acutiusculo ; *palpis* duobus subulatis ; *labio* elongato , apice palpos duos biarticulatos gerente. *Caput* trapezoidale , segmento sequenti latius , supra subtiliter punctatum , retrorsum arcuatim impressum , lateribus dilatatis. *Thorax* segmentis tribus , aliis novem majoribus , antico præsertim. *Abdomen* articulo ultimo seta erecta , quadriarticulata et apice bipili. *Pedes* sex , per paria , totidem thoracis segmentis affixi , retrorsum arcuatim flexi , corporis medio , primo intuitu , veluti inserti , subelongati , e femore , tibia , tarso biarticulato , subtus rigide piloso et unguibus duobus acutis terminato. Insecto

vivente, *corpus* nigricanti-griseum; capite, segmenti primi parte antica pedibusque obscuro-ferrugineis; oculis mandibularumque apicibus nigris; labio, palpis tarsisque diluto-rufis. In Sequanæ ripis, prope Lutetiam, loco valde circumscripto, ubi crescunt *potentilla anserina*, *polygonum persicaria*, cum insecto elarvato observata, agilissima, tactu corporis, posteriora erigens *Staphylinorum*, *Forficularum* modo insectis minimis victitans. Hujus familiæ genera modo expeditiore tyronibusque accomodatior sic ordinari possunt:

*I. Tibiæ neutiquam emarginatæ.*

1. *Palpi maxillares externi labialesque articulo ultimo brevi, ad summum duplo longiore quam latiore, cochleariformi aut subsecuriformi.*

(*Corpus haud valde depressum.*)

*CYCHRUS*. Palpi maxillares externi labialesque articulo ultimo cochleariformi; mandibulæ intus dentatæ.

*CALOSOMA*. Thorax orbiculatus; abdomen subquadratum.

*CARABUS*. Thorax truncato-cordatus aut subquadratus; abdomen ovale.

2. *Palpi maxillares externi labialesque articulo ultimo elongato.*

(*Corpus valde depressum.*)

*NEBRIA*. Palpi maxillares externi labialesque capite non duplo longiores; mandibulæ ad basin externam non admodum dilatatæ.

*POGONOPHORUS*. Palpi maxillares externi labialesque capite duplo longiores; mandibulæ ad basin externam valde dilatatæ.

*II. Tibiæ anticæ emarginatæ.*

1. *Elytra apice haud truncata.*

*OMOPHRON*. Corpus subhæmispherico-ovale.

*LORICERA*. Caput collo abrupte distincto; palpi filiformes; antenarum articulis inferis ab aliis forma, magnitudine, diversis, pilosis.

*PANAGÆUS*. Caput collo abrupte distincto; palpi articulo ultimo securiformi.

*SCARITES*. Antennæ moniliformes, articulo secundo tertio longiore; tibiæ anticæ palmatæ; mandibulæ latere interno inæquali, dentato, aut prominente.

*CLIVINA*. Antennæ moniliformes, articulo secundo tertio longiore; tibiæ anticæ palmatæ; mandibulæ latere interno recto, haud manifeste dentato.

*LICINUS*. Mandibulæ truncatæ, submarginatæ.

*SLAGONA*. Mandibulæ lateris interni medio valide unidentato; antennæ articulo basilari elongato, conico.

*BEMBIDION*. Palpi maxillares externi labialesque articulo penultimo crassiore, apicali minimo, acuto.

*ELAPHRUS*. Thorax capite angustior; oculi prominuli; antennæ thoracis vix longitudine, articulis brevibus; palpi maxillares externi articulo ultimo præcedente multo longiore.

*HARPALUS*. Corpus oblongum, capite collo minime distincto; palpi filiformes; antennæ filiformes, articulo secundo tertio brevior, basilari subcylindrico; tibiæ anticæ haud palmatæ; mandibulæ acutæ, latere interno recto, et ultra basin non unidentato; thorax capite latior.

2. *Elytra apice truncata.*

*AGRA*. Caput pone oculos attenuato-elongatum; thorax subconicus.

*ODACANTHA*. Caput pone oculos attenuatum; thorax subcylindricus.

*DRYPTA*. Palpi maxillares externi labialesque elongati, apice crassiores; antennæ articulo primo longissimo, conico; thorax cylindricus.

*GALERITA*. Palpi maxillares externi labialesque elongati, apice crassiores; caput postice productum, rotundatum, collo distincto; thorax truncato-cordatus; corpus haud valde depressum.

*ZUPHIUM*. Palpi maxillares externi labialesque apice crassiores;

antennæ articulo primo elongato, subconico; caput collo distincto; corpus valde depressum.

*CYMINDIS*. Corpus valde depressum; abdomen quadrato-ovale; palpi maxillares externi filiformes; labiales articulo ultimo securiformi.

*LEBIA*. Corpus valde depressum; palpi filiformes; abdomen quadratum aut quadrato-ovale; tertio antennarum articulo non angulato.

*GRAPHIPTERIS*. Corpus valde depressum; palpi filiformes; abdomen orbiculare; tertio antennarum articulo elongato, angulato.

*BRACHINUS*. Caput neququam collo abrupte distincto; palpi filiformes, nec valde elongati; corpus crassum; abdomine quadrato, elytris basi transversa anguloque humerali.

*ANTHIA*. Caput neququam collo abrupte distincto; palpi filiformes, non valde elongati; corpus crassum; abdomine ovali; elytris ab humeris sensim arcuato-rotundatis.

## F A M I L I A T E R T I A.

### HYDROCANTHARI. HYDROCANTHARES.

OBSERVATIONES. *Hydrocanthari*, præter characteres jam prolatos, a *cicindeletis*, *carabidis*, notis sequentibus discernuntur: *mandibulæ* breviores, sub apice infra excavatæ; ipso apice latiusculo, oblique truncato, subbidentato aut furcato maximeve bidentato. *Maxillæ* pariter breviores, et subito a palporum origine arcuatæ. *Palpi* earum externi articulis secundo, tertio, magnitudine, forma, subæqualibus. *Labium* in omnibus corneum, subquadratum aut trigono-quadratum, menti sinu plane inclusum; medio longitudinali incrassato; lateribus, ad palporum originem, compressis, excavatis; margine supero recto, in omnibus indiviso, sapius ciliato pilisve fimbriato.

I. *Palpi maxillares externi labialesque articulo ultimo precedentis saltem magnitudine ; femora postica basi nuda.*

CIV. GENUS. *DYTICUS*. *Dytique.*

*Dyticus*, GEOFF., ILLIG. — *Dytiscus*, LINN., DE GEER, FAB., OLIV., LAMARCK.

*Palpi maxillares externi labialesque articulo ultimo subcylindrico. Mandibule apice non furcatae aut non profunde bidentatae. ( Antennae saepissime thorace longiores. )*

Corporis altitudo major (*pectoralis*), in pluribus, vix abdominis longitudinis tertiam partem aequans.

I. *Scutellum distinctum, thoracis margine postico recto medioque in angulum non producto.*

( *Tarsi antici maris articulis baseos latis, patellam, saepius infra acetabuliferam, efformantibus.* )

SPEC. 1. *DYTICUS LATISSIMUS*. *Dytique très-large.*

D. Ovatus, infra obscuro-rufus, supra niger, thoracis lateribus omnibus, elytrorum fascia marginali marginisque externi valde et acute dilatati pagina infera, lutescentibus.

Mas. Patellis suborbicularibus : acetabulis nullo ordine dispositis : duobus majoribus orbicularibus, prope tarsorum basin. Illiger. — Elytro singulo lineis duabus longitudinalibus obiter impressis, punctulatis.

Fem. Elytris, apice excepto, sulcatis; sulcis tribus quatuorve suturalibus lutescentibus.

*Dyticus latissimus*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 665. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 768.

*Grand Ditisque large*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 4, pag. 590.

*Dytiscus latissimus*. FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 257.



*Dytique large.* OLIV. *Entom.*, tom. 5, n°. 40, pl. 2, fig. 8. a. b.

*Dytique large.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 160.

FRISCH. *Insect. Germ.*, tom. 2, tab. 7, fig. 1, 2, 3. Mas.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 14, tab. 1. Mas. — Ibid. tab. 2. Femina.

Habitat in Europa boreali, Galliae extraneus.

SPEC. 2. *DYTICUS MARGINALIS.* *Dytique marginé.*

D. Ovatus, infra luteo-rufescens, supra olivaceo-niger, scutello concolore; clypeo, thoracis margine toto elytrorumque limbo rufo-lutescentibus.

Mas. Elytris lævibus, lineis duabus longitudinalibus obsolete subimpressis et punctulatis, punctis remotis; patellis tarsorum anticorum orbiculatis, acetabulis minimis, numerosis, duobus magis et umbilico centrali, uno majore.

Fem. Elytris dimidiato-sulcatis.

*Dytiscus marginalis.* LINN. *Systèm. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 665. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 769. Mas.

Ejusd. *Dytiscus semistriatus.* *System. nat.*, ed. 13., tom. 1, pars 2, pag. 665. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 772. Femina.

*Grand Ditisque à bordure complète.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 4, pag. 591, pl. 16, fig. 1, 2.

*Le Ditisque demi-sillonné.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 187, pl. 5, fig. 2. Femina.

*Dytiscus marginalis.* FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 258.

*Dytique marginal.* OLIV. *Entom.*, tom. 5, n°. 40, pl. 1, fig. 1. a. b. c. d; fig. 6. a.

*Dytique marginé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 161, pl. 70.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 14, tab. 5. Mas. — Tab. 4. Femina.

Habitat in Europæ aquis.

OBSERVATIONES. 1°. *Dyticus punctulatus*, etsi præcedenti



maxime affinis, ab eo tamen specificè distinctus forma, proportionaliter, latiore, thorace longiore lateribusque solis luteo-marginatis; *mas* ejus *Dyticus* n<sup>o</sup>. 2. Geoffroi: « sa couleur en dessus est très-noire, à l'exception du bord extérieur du corcelet. »

2<sup>o</sup>. *Dyticus* ejusdem n<sup>o</sup>. 1 non ad *D. punctulatum* referendus sed ad *D. striatum* Fabricii.

3<sup>o</sup>. *Dyticus* noster *flavo-scutellatus*, (*Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 162.) *D. marginali* proximus, sed forma elongato-ovata, macula scutellari rufescente, elytris in utroque sexu lævibus singuloque striis tribus obsoletis, corpore infra luteo nigroque vario, præsertim differt. A Fabricio nomine *D. circumflexi*, in systemate eleutheratorum, descriptus. — Patellæ maris acetabulis duobus multo majoribus, ut in *D. marginali*.

4<sup>o</sup>. *Dytisci* Fabricii, *atratus*, *Roeselii*, forma postice magis ovata et latiore, antice angustiore, corpore multo depresso, a cæteris recedunt.

SPEC. 3. *DYTICUS BIPUSTULATUS*. *Dytique bipustulé.*

*D.* Ovalis, depressus, niger, plane supra subtilissime striatus, elytris punctis impressis, vagis, obsoletis; antennis, labro, punctis duobus frontalibus sæpeque vix conspicuis, tibiis tarsisque anticis obscuro-rufis; oculis griseis.

*Mas.* Tarsi antici quam in *femina* breviores, basi latiores, articulo primo ad latera dilatato, unguibus apicis valde inæqualibus.

*Dytiscus bipustulatus*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 667.

*Le Ditique en deuil*. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 2, p. 189.

*Ditique tout noir*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 4, pag. 401.

*Dytiscus bipustulatus*. FAB. *System. eleut.*, tom. 1, p. 265.

*Dytique bipustulé*. OLIV. *Entom.*, tom. 3, n<sup>o</sup>. 40, pl. 5, fig. 26.

*Dytique bipustulé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 168.

In Gallia aquis frequens.

II. *Scutellum nullum, thoracis marginis postici medio in angulum producto.*

(Tarsi in utroque sexu subæquales.)

SPEC. 4. *DYTICUS CRASSICORNIS.* *Dytique crassicorne.*

D. Ovalis, convexus, brunneus, capite thoraceque ferrugineis; elytris punctis impressis, sparsis; antennis *maris* crassis, articulo quinto latiore, cum sequenti arcum minimum efformante, ultimo acuto. — *Feminae* articulo septimo subcrassiore, conico.

*Le Dytique à grosses antennes.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 193.

*Dytisque à grosses antennes.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 4, pag. 402.

*Dytique crassicorne.* OLIV. *Entom.*, tom. 5, n°. 40, pl. 4, fig. 54. a. b.

*Dytiscus crassicornis.* FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 273.

*Dytique crassicorne.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 8, pag. 175.

Habitat in Gallia, Germaniæ aquis.

OBSERVATIO. Thorax in utroque sexu lateribus marginatis, singulo linea impressa longitudinali, quam in cæteris magis distincta.

SPEC. 5. *DYTICUS FUSCULUS.* *Dytique brunâtre.*

D. Ovalis, planus, niger, pubescens, subtiliter punctatulus; elytris fuscis; antennis, pedibus, sæpius humeris margineque externo elytrorum basis rufescentibus.

*Le Dytique noir à étuis bruns.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 190.

SCHRANK. *Enum. Insect. Aust.*, n°. 582.

*Dytique rufipède.* OLIV. *Entom.*, n°. 40, pl. 4, fig. 59. a. b.

*Dytiscus fuscus.* ILLIG. *Coleopt.*, Bor. 1, pag. 264.

*Dytique*

*Dytique brunâtre.* LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 8, pag. 172.

Frequens Parisiis, in aquis.

CV. GENUS. *HYPHYDRUS*. *Hyphydre*.

*Hyphydrus*, ILLIG., DUMÉR. — *Dytiscus*, LINN.; GEOFF., OLIV. — *Hydrachna*, FAB. — *Hygriobia*, LATREILLE.

*Palpi* maxillares externi labialesque articulo ultimo subovali. *Mandibulæ* apice fuscatae aut valide bidentatae. (*Antennæ* thorace haud longiores. Corporis altitudo major, *pectoralis*, abdominis longitudinis dimidium saltem æquans.)

SPEC. 1. *HYPHYDRUS HERMANNI*. *Hyphydre d'Hermann*.

H. Scutellatus, niger, capite, thoracis fascia transversa, elytrorum basi limboque, pedibus, ferrugineis.

*Tab. 6, fig. 5.*

ILLIG. *Mag. Insect.* 1804, pag. 8.

*Dytique Hermann.* OLIV. *Entom.*, tom. 3, n<sup>o</sup>. 40, pl. 2, fig. 14. a. b.

*Hydrachna Hermanni.* FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 255.

*Dytique de Hermann.* LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 8, pag. 180.

Habitat in Galliæ aquis paludosis.

OBSERVATIO. Segmenta ultima abdominis elytrorum apicibus fricando stridorem edit.

SPEC. 2. *HYPHYDRUS FERRUGINEUS*. *Hyphydre ferrugineux*.

H. Exscutellatus, obscuro-ferrugineus, impunctatus; spatio impresso scutelliformi ad basin suturæ.

*Le Dytique sphérique.* GEOFF. Hist. des Insect., tom. 1, pag. 191?

*Dytiscus ovatus.* LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 667? — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 2282?

*Dytisque sphérique.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 4, pag. 462, pl. 15, fig. 17, 18, 19.

*Hydrachna gibba*. FAB. System. eleut., tom. 1, pag. 256.

*Dytique ové*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 8, pag. 178.

Habitat in Europæ aquis.

ANNOTATIO. *Dyticus ovalis* Illiger, *Hydrachna ovalis* Fabricii, ab *Hyphidroferrugineo* differt colore nitido, elytris distincte vageque punctulatis, obscurioribus vel brunneis. Forte pro *D. ovato* Linnæi, *le ditique sphérique* Geoffroi, habendus; hujus enim insecti elytra fusca esse dicunt. Ad *D. ovalem* Illiger certe referendus *D. ovatus* Olivier, *Entom.*, tom. 5, n<sup>o</sup>. 40, pl. 3, fig. 28: « Les élytres sont brunes, finement pointillées. »

II. Palpi maxillares externi labialesque articulo ultimo præcedente tenuiore, conico; femora postica basi lamina clypeiformi tecta.

CVI. GENUS. HALIPLUS. Haliple.

*Dytiscus*, GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV. — *Cnemidotus*, ILLIGER.

OBSERVATIO. Omnes excutellati, corpore ovali, crasso.

SPEC. 1. HALIPLUS OBLIQUUS. Haliple oblique.

H. Flavescens vel ferrugineus; elytris striis aliquot obsoletis, abbreviatis, punctatis, lineolis maculisque nigricantibus.

*Haliple oblique*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 8, pag. 182.

*Dytiscus obliquus*. FAB. System. eleut., tom. 1, pag. 270.

PANZ. Faun. Insect. Germ., fasc. 86, tab. 6.

Habitat in Germania, Gallia; Montmorenci.

SPEC. 2. Haliplus impressus. Haliple enfoncé.

H. Flavescens vel ferrugineus; elytris virescente-cinereis, punctato-striatis; laminis femorum posteriorum punctatis.

Tab. 6, fig. 6. Auctus, scala longitudinis adjuncta.

Fig. 7. Abdomen infra visum; a, a, laminæ femorum posteriorum.

## Ord. I. Saprophagorum Familice. 255

*Haliple enfoncé*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 8, pag. 182.

*Le Ditique strié, à corcelet jaune*. GEOFF. Hist. des Insect., tom. 1, pag. 191.

*Ditique strié, à corcelet roux*. DE GEER. Mém. s. l. Insect., tom. 4, pag. 404, pl. 16, fig. 9, 10.

*Dytiscus impressus*. FAB. System. eleut., tom. 1, pag. 271.

*Dytique enfoncé*. OLIV. Entom., tom. 5, n<sup>o</sup>. 40, pl. 4, fig. 40. a. b.

*Frequens Parisiis*, loco vulgo dicto, *Petit-Gentilli*.

ANNOTATIO. Non cofamiliale genus *Spercheus*. Maxillarum lacinia externa elongata quidem, tenuis, arcuata, at non *palpus* proprie dictus.

### TRIBUS SECUNDA.

#### SAPROPHAGI. SAPROPHAGES.

*Palpi* quatuor.

I. *Antennæ* clava lamellata vel pectinata, plicatili, haud terminatæ.

1. *Antennæ* articulis undecim (rarissime decem aut duodecim), palpis maxillaribus multo longiores.

A. *Antennæ* ad basin articulo nullo valde dilatato et auriformi, in fossulis sub oculis non recipiendæ.

### FAMILIA QUARTA.

#### STERNOXI. STERNOXES.

*Antennæ* filiformes (rarissime extrorsum crassiores et articulis decem, in *Cebrione brevicorni*), pectinatæ, serratæ articulisve ad apicem superum in dentem

prominulis. Sternum anticum (1) postice mucronatum : mucronis apice in cavitate sterni medii excipiendo. Corpus sapius ellipticum , conicumve aut trigonum , thoracis angulis posticis in spinam productis.

---

(1) Modo thoracis partem prouam , inter pedes anticos sitam , modo infimam spatiumve pectorale cui pedes quatuor alii inseruntur , pro *sterno* habuerunt Entomologi. Thoracis truncive potius , formarum diversitatem inspiciamus. In *Coleopteris* thorax e partibus duabus , intervallo distantibus , efformatur ; prior aut antica magna , *thorax* nuncupata , pedum par antierius gerens ; posterior cum abdominis basi unita , elytris et alis supersecta ; ex illa prodeunt pedes quatuor postici. Pleraque *Orthoptera* , *Hemiptera* quaedam , eandem fere structuram prebent ; his tamen partes illae magis contiguæ ; pluribus *Hemipteris* , (*Cicadid*, *Psyllis*, *Aphidibus*) thorax nudus , solutus , sive cum abdomine postice haud coalitus , e segmentibus duobus arcte conjunctis , postico majore , constans. *Myrmecoleonibus* segmenta tria , singula bipedata posticaque duo bialata ; *Hymenopteris* , perpaucis *Hemipteris* , duo tantum ; *Dipteris* sæpius unicum , hexapodum ; tria *Lepismis*. Vocis hujus *thorax* acceptio igitur restringenda aut explicanda saltem , et ad hanc diem nimis arbitraria. Mihi , nunc quantum licet , Linnæi , Geoffroi , Fabricii , Olivier , opinioni practicæ accomodatum me præbeam , *thorax* erit trunci ( partisque ab abdomine distinctæ ) , e segmentis tribus ad summum compositi , pedes et alas gerentis , portio nuda. Itaque cum auctoribus præcitatis , *thoracem* vocabo , in *Colcopteris* , trunci partem ex qua nascunt pedes duo antici ; in *Hemipteris* , *Nevropteris* , *Hymenopteris* , *Lepidopteris* , *Dipteris* truncum totum , e duobus tribusve segmentis constantem , pedes omnes et alas ferens , cum in illis vel thoracis portiuncula vel thorax totus nudus sit et solutus , aut ab abdomine postice distinctus. Mihi *pectus* trunci regio infera cui inseruntur pedes ; *sternum* , medium ejus longitudinale , pectorisque pars inter pedes sita. Exinde etiam , cum *thorax* in

## FAMILIA QUINTA.

## MALACODERMI. MALACODERMES.

Antennæ filiformes aut setaceæ, sæpius pectinatæ, serratæve aut articulis cylindricis, vel conicis. Caput sæpissime inflexum aut nutans, thoraci ad oculos usque intrusum aut ab illo opertum. Thorax magis minusve planus, semicircularis aut subquadratus. Corpus sæpius molle (labium, genere *cupes* solo excepto, nudum aut mento brevissimo, molli; maxillæ membranaceæ, molles; palpi maxillares sæpius majores, exserti et extrorsum crassiores aut subfiliformes).

---

duo vel tria segmenta secatur, *pectus anticum* aut *primum*, *sternum anticum* vel *primum*; *pectus medium secundumve*, *sternum medium* vel *secundum*; *pectus posticum* aut *tertium*, *sternum posticum* vel *tertium*, de pectoris partibus pedes anticos, medios, posticos gerentis, utcumque loquar.

Sedulo notandum familiarum plurium characteres tarsis, antennis instrumentisque cibariis solum exprimi non posse. Oris enim structura pro generibus mutatur, ut exemplis plurimis constat; familias quasdam profecto naturales, *Staphylinios*, *Scarabæides*, *Cerambycinos*, etc., observare velis. Mandibulæ in secundis *his* corneæ, et modo exsertæ et modo sepultæ; *illis* membranaceæ, fere nullæ; maxillæ pariter aliis substantia durissima, dentatæ, aliis molles, lobis forma diversis desinentes. Palpi quoque, ut in *Staphyliniis*, varii; hic filiformes, illic diverse clavati. Familiarum characteres igitur e corporis totius partibus præcipuis mutuandi, non ex solis instrumentis cibariis. In methodo naturali ordinanda proinde auxilia tantum suppeditat systema Fabricii.

## F A M I L I A S E X T A.

## CLERII. CLAIRONES.

Antennæ articulis tribus ultimis, apicalive saltem, crassioribus ( corpore breviores ). Caput intra thoracem ad oculos usque retractile, inflexum ( oculi sæpe lunati ). Thorax elongatus, subcylindricus, vel subcordatus, fere quadratus, postice angustatus. Corpus elongatum, subcylindricum. ( Mandibulæ apice fissæ. Palpi in plerisque clavati, posticis sæpius majoribus. Maxillæ bifidæ. Labium elongatum, annulatum, apice emarginato. Tarsi articulo penultimo in omnibus bifido. )

## F A M I L I A S E P T I M A.

## PTINIORES. PTINIORES.

Antennæ *his* filiformes, simplices, aut pectinatæ serratæve; *illis* articulis tribus longioribus, subcrassioribus, subito terminatæ. Mandibulæ breves, crassæ, apice sæpius bifido aut bidentato. Palpi breves, subæquales, apice subcrassiores. ( Maxillæ bifidæ, processu externo triangulari, interno dentiformi, acuto. Labium apice emarginatum vel bifidum, mento corneo, subquadrato, brevi. ) Corpus cylindrico-ovale aut ovatum; capite intra thoracem elevato, ad oculos usque retracto; abdomine magno, convexo aut gibbo. ( Tarsi plerumque breves, articulis latis. )

## F A M I L I A O C T A V A.

## PALPATORES. PALPEURS.

Antennæ sensim extorsum crassiores. Labium jugulæve sterni antico non occultandum. Pedes nullo modo



## Ord. I. Saprothagorum Familiae. 259

contractiles. (Mandibulae apice indivisae). Palpi maxillares capite longiores, apice crassiores. Corpus oblongum, dimidio antico angustiore; capite nutante, a thorace collo intervallo discreto; thorace subovato-truncato, vel subcylindrico; abdomine ovato, convexo, elytris obvoluto.

### F A M I L I A N O N A.

#### STAPHYLINII. STAPHYLINIENS.

Antennae apicem versus sensim paulo crassiores aut subclavatae, saepius moniliformes (thoracis longitudine, aut circiter, naso insertae). Mandibulae apice edentatae, saepius processu vel dente interno. Tarsi articulo baseos sequenti duplo fere longiore. Corpus saepissime lineare aut filiforme; elytris abbreviatis, truncatis; abdominis dimidio saltem nudo.

ANNOTATIO. *Pselaphii Aleocharis* forma corporis, victu maxime allines, illas subsecuturi, tarsorum articulorum non obstante numero diverso.

### F A M I L I A D E C I M A.

#### NECROPHAGI. NECROPHAGES.

Antennae sensim extrorsum crassiores, vel apice clavatae, clava saepius perfoliata. Sternum anticum haud concavo-dilatatum ad oris partem inferam recipiendum. Pedes nec omnino nec partim contractiles. (Caput in omnibus inflexum, thoracive intrusum. Corpus saepissime ovale, aut elongato-quadratum.)

### F A M I L I A U N D E C I M A.

#### BYRRHII. BYRRHIENS.

Antennae sensim extrorsum crassiores, aut apice clavatae. Sternum primum antice concavo-dilatatum, oris

partem inferam recipiens. Pedes in plerisque omnino aut partim contractiles. ( Corpus sæpius ovatum, subglobosum aut quadratum. )

B. *Antennæ articulo uno e basilaribus valde dilatato, auriformi ( brevissimæ, elongato-clavatæ ); singula sub oculo singula in cavitate recipienda.*

## F A M I L I A D U O D E C I M A.

### O T I O P H O R I. O T I O P H O R E S.

2. *Antennæ articulis novem ( persoliato-clavatæ ), palpis maxillaribus breviores aut vix longiores. Oculi plerumque maxima parte inferi.*

## F A M I L I A D E C I M A T E R T I A.

### H Y D R O P H I L I I. H Y D R O P H I L I E N S.

Palpi maxillares articulo secundo aliis nec abrupte nec multo crassiore. Pedes natatorii; tarsis, in speciem, articulis quatuor aut quinque distinctis, basilari primove sequentibus multo brevioribus. ( Maxilla processu interno cornico. )

## F A M I L I A D E C I M A Q U A R T A.

### S P H Æ R I D I O T A. S P H Æ R I D I O T E S.

Palpi maxillares externi articulo secundo aliis subito multoque crassiore. Pedes tantum gressorii; tarsis articulis quinque distinctis, basilari elongato. ( Maxilla processibus membranaceis. Corpus hemisphæricum. Tibiæ valde spinosæ. )

II. *Antennæ clava lamellata vel pectinata, plicatili, terminatæ.*

FAMILIA DECIMA QUINTA.

COPROPHAGI. COPROPHAGES.

Antennæ lamellato-clavatæ, articulis novem. Labium bifidum aut profunde emarginatum. Mandibulæ membranaceæ. Maxillæ processu externo apicalive lato. *Clypeus semicircularis.*

FAMILIA DECIMA SEXTA.

GEOTRUPINI. GÉOTRUPINS.

Antennæ lamellato vel tunicato-clavatæ, articulis undecim. (Labrum mandibulæque exserta. Clypeus sapius antice in angulum medio prominulus.)

FAMILIA DECIMA SEPTIMA.

SCARABÆIDES. SCARABÆIDES.

Antennæ lamellato-clavatæ, articulis decem aut novem et mandibulæ insectis quibus antennæ novem-articulatæ semper corneæ. Labium tantummodo emarginatum. Maxillæ vel corneæ et dentatæ, vel membranaceæ, elongatæ, angustæ, setosæ. *Clypeus sapius quadratus, aut in angulum antice medio prominulus.*

FAMILIA DECIMA OCTAVA.

LUCANIDES. LUCANIDES.

Antennæ clava pectinata, dentibus lamellisve subparallelis et axi fere perpendicularibus.

## F A M I L I A Q U A R T A.

## S T E R N O X I. S T E R N O X E S.

*I. Sternum primum antice concavo-dilatatum, partem oris inferam recipiens vel occultans. Palpi breves; maxillares capite breviores, mandibulas ultra, ad summum, paululum prominuli, articulo ultimo cylindrico vel ovato, aut securiformi; mandibulæ haud validissimæ, hiatu interposito, dum decussantur, labro protenso, subquadrato vel subsemicirculari, sæpius occupato.*

1. *Palpi maxillares articulo ultimo cylindrico aut ovato globosove. Corpus non saliens.*

**CVII. GENUS. BUPRESTIS. Bupreste.**

*Buprestis, LINN., DE GEER, FAB., OLIV., LAM. — Cucujus, GEOFF. — Trachys, FABRICII.*

*Antennæ in utroque sexu serratæ. Labrum exsertum, obvium. Palpi filiformes, articulo ultimo magis minusve cylindrico. Maxilla processu duplici terminata. Tarsi filiformes, articulis, ultimo excepto, latis, cordato-trigonis.*

*Thoracis margo posticus basi elytrorum applicatus.*

*I. Corpus subovato-conicum, convexum.*

1. *Exscutellati (1).*

*A. Thoracis margo posticus lobatus.*

**SPEC. 1. BUPRESTIS FASCICULARIS. Bupreste fasciculé.**

*B. Obscuro-viridi-aurea vel cuprea, scabra; elytris integris, villorum rubrorum et flavorum fasciculis.*

---

(1) Characteres e forma corporis deprompti primarii; elytrorum apicis dentes notas omnino artificiales suppeditant.

*B. fascicularis*. LINN. System. nat., ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 661. — Mus. Lud. Utr., pag. 90.

*Bupreste velu*, à touffes de poils. DE GEER. Mém. s. l. Insect., tom. 8, pag. 629, pl. 47, fig. 6.

*Buprestis fascicularis*. FAB. System. eleut., tom. 2, pag. 201.

*Bupreste fasciculé*. OLIV. Entom., tom. 2, n°. 52, pl. 4, fig. 38. a. b. c.

*Bupreste fasciculaire*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 9, pag. 48.

WULF. Insect. cap., tab. 1, fig. 12.

Habitat ad promontorium Bonæ-Spei.

B. *Thoracis margo posticus rectus*.

SPEC. 2. *BUPRESTIS TÆNIATA*. *Bupreste bandé*.

B. Nigra, griseo-villosa; elytris serratis, striatis, fasciis duabus ferrugineis pilisque rigidis squamisve albidis.

*Buprestis tæniata*. FAB. System. eleut., tom. 2, pag. 199.

*Bupreste bandé*. OLIV. Entom., tom. 2, n°. 52, pl. 5, fig. 41, a—f; 45, a. b.

*Bupreste bandé*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 9, pag. 48.

*Buprestis hirta*. VILL. Entom., tom. 1, pag. 358, tab. 2, fig. 42.

Habitat in floribus Galliæ Australis.

2. *Scutellati*.

SPEC. 5. *BUPRESTIS NOVEM-MACULATA*. *Bupreste neuf-taches*.

B. Thoracis margine postico recto, breviter striato; corpore subcærulescenti-nigro, nitido, vage subtiliterque punctato; elytro singulo maculis tribus flavis, ( sæpius tribus aliis, una in fronte, duabus in thorace ), per lineam dispositis; prima humeralive sæpius biloba aut didyma.

*Buprestis novem-maculata*. LINN. System. nat., ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 662.

*Buprestis novem-maculata*. FAB. System. eleut., tom. 1, pag. 197.

*Bupreste neuf taches.* OLIV. *Entom.*, tom. 2, n°. 52, pl. 4, fig. 50.

*Bupreste neuf-taches.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 67.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 68, fig. 17.

Habitat in Galliæ Australis dumetis, pruno sylvestri.

II. *Corpus subovato-triangulari vel trigono-elongatum .  
depressum.*

1. *Excutellati.*

SPEC. 4. *BUPRESTIS VITTATA.* *Bupreste bande-dorée.*

B. Thoracis margine postico sublobato; elytro singulo bidentato, lineis quatuor elevatis vittaque media longitudinali aurea; corpore aurato-viridi.

*Buprestis vittata.* FAB. *System. eleut.*, tom. 2, pag. 187.

*Bupreste bande-dorée.* OLIV. *Entom.*, tom. 2, n°. 32, pl. 3, fig. 17. a. b. c. d.

*Bupreste bande-dorée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 50.

RÆM. *Gener. Insect.*, tab. 6, fig. 14.

Habitat in India Orientali.

2. *Scutellati.*

A. *Thoracis margo posticus rectus.*

SPEC. 5. *BUPRESTIS TENEBRIONIS.* *Bupreste Ténébrion.*

B. Nigra, obscura; thorace pulvere albido consperso, varioso, ad latera dilatato, supra scutellum profunde impresso; elytris apice subacuminatis, subtruncatis, integris, punctis per strias digestis.

*Buprestis Tenebrionis.* LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pag. 661. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 761.

*Buprestis Tenebrionis.* FAB. *System. eleut.*, tom. 2, pag. 206.

*Bupreste Ténébrion.* OLIV. *Entom.*, tom. 2, n°. 32, pl. 4, fig. 27. a. b.

*Bupreste Ténébrion.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 52.

*Richard*, n°. 7. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 128.

RÆM. *Gener. Insect.*, tab. 6, fig. 15.

Habitat in Europæ pruno spinosa. Frequens in Gallia Australi.

OBSERVATIO. *B. cariosa* forte mera varietas; major, magis scabra, fronte, elytrorum basi medioque cicatricosis; corpore subtus profunde punctato sternoque antico linea utrinque impressa.

*B. Thoracis margo posticus medio lobatus; elytrorum basis rotundata.*

SPEC. 6. *BUPRESTIS CHRYSOSTIGMA.* *Bupreste chrysostigmate.*

*B.* Obscuro-cuprea, punctata, infra nitidior, thorace rugosulo; elytris apice serratis, singulo ad suturam lineis duabus elevatis foveolisque tribus aureo-cupreis, prima subob-oleta; abdominis margine acute serrato, ultimo segmento subtus carinato; tarsis cæruleis; femoribus anticis crassioribus, processu dentiformi.

*Buprestis chrysostigma.* LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 660. — *Faun. Succ.*, ed. 2, n°. 755.

*Bupreste à points dorés.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 4, pag. 129.

*Buprestis chrysostigma.* FAB. *System. eleut.*, tom. 1, p. 198.

*Bupreste chrysostigmate.* OLIV. *Entom.*, tom. 2, n°. 32, pl. 6, fig. 54.

*Bupreste chrysostigmate.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 61.

*Le Richard à fossettes.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 125.

HERBST. *Archiv. Insect.*, tab. 28, fig. 6.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 68, fig. 18.

Habitat in Europæ arboribus.

*III. Corpus breve , ovatum vel trigonum.**( Thorax sapius postice lobatus ; scutellum obsoletum. )**Trachys FABRICII.*SPEC. 7. *BUPRESTIS MINUTA. Bupreste nain.*

B. Supra cupreo-fusca ; fronte impressa ; elytris spatiis subelevatis et fasciis undulatis , transversis , piloso-albidis.

*Buprestis minuta. LINN. System. nat. , ed. 15, tom. 1 , pars 2 , pag. 665. — Faun. Suec. , ed. 2 , n<sup>o</sup>. 760.**Bupreste nain. OLIV. Entom. , tom. 2 , n<sup>o</sup>. 52 , pl. 2 , fig. 14. a. b.**Bupreste nain. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect. , tom. 9 , pag. 72.**Le Richard triangulaire ondé. GEOFF. Hist. des Insect. , tom. 1 , pag. 128.**Trachys minuta. FAB. System. eleut. , tom. 2 , pag. 219.*

Habitat in Europæ Coryli , Ulmi foliis.

*IV. Corpus cylindricum , lineare.**Thorax , in indigenis plerumque , lobatus. )*SPEC. 8. *BUPRESTIS 2-GUTTATA. Bupreste 2-points.*

B. Supra viridis , infra viridi-cœrulea ; scutello transverse impresso ; elytris apice serratis , puncto in singulo ad suturam tribusque abdominis ex utroque latere villosa-albidis.

*Buprestis 2-guttata. FAB. System. eleut. , tom. 2 , pag. 212.**Bupreste deux points. OLIV. Entom. , tom. 2 , n<sup>o</sup>. 52 , pl. 7 , fig. 75.**Bupreste deux-points. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect. , tom. 9 , pag. 70.**Le Richard à points blancs. GEOFF. Hist. des Insect. , tom. 1 , pag. 126.**SCHÆFF. Icon. Insect. , tab. 279 , fig. 6.*

Habitat in Gallia , Anglia , Germania.



CVIII. GENUS. *MELASIS*. *Melasis*.

*Melasis*, OLIV., FAB., LAM. — *Elater*, LINNÆI.

*Antennæ* in mare pectinatae, in femina serratae, raro pectinatae. *Labrum* minimum, haud exsertum aut vix conspicuum. *Palpi* articulo ultimo crassiore, fere ovato aut subgloboso. *Maxillæ* processu unico terminatae. *Tarsi* a basi ad apicem sensim tenuiores, compressi, articulis cylindricis, integris, penultimove tantum bifido.

*Corpus* cylindricum. *Thorax* postice ab abdominis basi intervallo transverso remotus; angulis posticis in dentem productis.

SPEC. 1. *MELASIS BUPRESTOIDES*. *Mélasis buprestoïde*.

M. Obscuro-nigricans, antennis, tibiis tarsisque rufo-fuscis; capite punctato; thorace punctis minimis elevatis scabro, linea dorsali impressa; elytris subtiliter rugosulis, striatis; tarsis articulis integris.

*Melasis buprestoïde*. OLIV. *Entom.*, tom. 2, n°. 30, pl. 1, fig. 1, a—g; *taupin*, pl. 1, fig. 8.

*Melasis flabellicorne*. FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 331.

CXXXIV. GENUS. PTILINUS. *Ptilin*.

*Ptilinus*, GEOFF., OLIV., FAB., LAM. — *Dermestes*, *Ptinus*, LINN. — *Anobium*, ILLIG. — *Serrocercus*, KUGELANN.

*Antennæ* ob oculos insertæ, basi una ab altera distantes, serratæ vel pectinatæ (corpore breviores).

*Corpus* subcylindricum. *Thorax* subglobosus.

SPEC. 1. *PTILINUS PECTINICORNIS.* *Ptilin pectinicornis*.

Antennis in maribus valde pectinatis, in feminis serratis; corpore nigricante; elytris obscuro-brunneis; antennis pedibusque rufescentibus; thorace scabriusculo; elytris temere punctatis.

*La panache brune.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, p. 65.

*Ptilin pectinicornis.* OLIV. *Entom.*, tom. 2, n<sup>o</sup>. 17 bis, pl. 1, fig. 1, a. — g.

*Ptilinus pectinicornis*. FAB. System. eleut., tom. 1, p. 529.

*Ptilin pectinicornis*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 9, pag. 169, pl. 77, fig. 6, 7.

*Ptinus pectinicornis*. LINN. System. nat., ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 565.

*Dermestes pectinicornis*. Ejusdem. Faun. Suec., ed. 2, n°. 412.

PANZ. Faun. Insect. Germ., fasc. 3, fig. 7.

Truncos arborum vetustorum Europæ terebrat.

CXXXV. GENUS. *GIBBIUM* Gibbie.

*Gibbium*, SCOP. — *Bruchus*, GEOFF. — *Ptinus*, FAB., OLIV. — *Scotias*, CZENPINSKI.

*Antennæ* ante oculos insertæ, basi approximatae, subsetaceæ, articulis cylindricis; 2°, 3°, 4°, paulo crassioribus.

*Corpus* ovatum, gibbum, lateribus compressum. *Oculi* parvi, fere immersi. *Thorax* brevis, transversus, forma subannulari, in angulum scutellarem ad medium postice productus. *Elytra* connata.

SPEC. 1. *GIBBIUM SCOTIAS*. *Gibbie scotias*.

G. Castaneus, nitidus, lævis, antennis pedibusque pubescentibus.

Tab. 8, fig. 4, auctum, scala longitudinis adjecta.

*Gibbium*. SCOP. Intr. ad Hist. natur. app., pag. 504.

*Gibbie scotias*. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 9, pag. 176, pl. 77, fig. 9.

*La Bruche sans ailes*. GEOFF. Hist. des Insect., tom. 1, pag. 164.

*Ptinus scotias*. FAB. System. eleut., tom. 1, pag. 527.

*Ptinus scotias*. OLIV. Entom., tom. 2, n°. 17, pl. 1, fig. 2, a. b.

PANZ. Faun. Insect. Germ., fasc. 5, fig. 8.

Habitat in musæis Europæ Australis.



CXXXVI. GENUS. *PTINUS*. *Ptine*.

*Ptinus*, LINN., DE GEER., FAB., OLIV., LAM. —  
*Bruchus*, GEOFFROI.

*Antennæ* inter oculos insertæ, approximatae, (longitudine corporis saltem) articulis subcylindricis. *Maxillæ* sub palporum ortu unidentatae.

*Oculi* distincti. *Thorax* elytris angustior, cucullatus, sæpius coarctatus. *Abdomen* subovale.

SPEC. 1. *PTINUS FUR*. *Ptine voleur*.

P. Rufo-fuscus; thorace tuberculis quatuor transverse seriatis, quorumque mediis duobus altioribus, fasciculato-pilosis, postice coarctato et marginato; abdomine ovato, basi rotundato; elytris villosis, fasciis duabus luteo-griseis; antennarum articulo secundo tertio brevior; corpore subtus pilis brevibus, griseo-luteis.

*Ptinus fur*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 566.

*Ptinus fur*. FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 325.

*Ptine voleur*. OLIV. *Entom.*, tom. 2, n<sup>o</sup>. 17, pl. 1, fig. 1, a. b. c.

*Ptine voleur*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 175.

*La Bruche à bandes*. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 164, pl. 2, fig. 6.

*Vrillette carnassière*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 4, pag. 231, pl. 9, fig. 5, 6.

Habitat in Europæ herbariis, musæis; insecta, avium pelles, vel hieme devastaus.

SPEC. 2. *PTINUS GERMANUS*. *Ptine germain*.

P. Fuscus; thorace tuberculis quatuor transverse seriatis, pilis brevibus obscuroque rufescentibus, postice coarctato et marginato; abdomine quadrato-ovato, basi transversa, recta, non angustiore; elytris nigricantibus, fasciis duabus punctoque apicis albicantibus, humeris prominulis; antennarum articulo

secundo tertii magnitudine; corpore subtus pilis griseis; femoribus fascia nuda aut fusca.

*Ptinus germanus*. FAB. *System. eleut.*, tom. 1, pag. 324.

*Ptinus elegans*. Eiusdem. *Ibid.* pag. 325.

*Ptine germain*. OLIV. *Entom.*, tom. 2, n<sup>o</sup>. 17, pl. 1; fig. 6, a. b.

*Ptine germain*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 174.

*Ptinus elegans*. ILLIG. *Coleopt. Bor.* 1, pag. 546.

Habitat cum præcedente.

ANNOTATIO. *Ptinus longicornis* Fabricii nobis *Luperus*.

## F A M I L I A O C T A V A.

### P A L P A T O R E S. P A L P E U R S.

#### CXXXVII. GENUS. *MASTIGUS*. *Mastige*.

*Mastigus*, HOFFM., HELW. — *Ptinus*, FAB., OLIVIER.

*Antennæ* subfiliformes, ante oculos insertæ, fractæ, articulo basilari et secundo longissimis, conicis, pilosis; priori majore; tertio et sequentibus ad decimum usque conico-cylindricis, subæqualibus; ultimis vix crassioribus; undecimo, sive terminali, elongato-ovato. *Labrum* coriaceum, transversum, margine antico late emarginato, angulis acutis. *Mandibulæ* corneæ, validæ, subtriangulares, depressæ; apice in dentem validum, arcuatum, acutissimum, ad basin internam unidentatum, productum; processu parvo, inæqualiter et oblique tridentato, sub unco denteve apicali. *Palpi* maxillares magni, exserti, clavati, articulis quatuor; basilari brevissimo; secundo longiore, conico, ab apice ad basin sensim attenuato, sub incurvo; tertio et ultimo clavam ovato-ovalem efformantibus; illo conico, hoc subcylindrico, ad

ad apicem rotundato ( aut ovato basi truncata ). *Maxillæ* basi coriaceæ , processu terminali sub elongato-quadrato , in duos articulos partesve coriaceas transverse , in medio , commissura membranacea veluti diviso ; apice membranaceo , tenuissime fimbriato ; processu interno longitudinali , membranaceo , lineari-trigono , a processu externo vix distincto. *Labium* membranaceum , subcordato - quadratum , apice sublatiore , obsolete bidentato ejusdemque angulis in dentem elongato-productis ; *mentum* coriaceum , transversum , breve , late rectaque ad insertionem labii emarginatum , lateribus rotundatis in dentem parvum sursum terminatis. *Palpi* labiales ad angulos apicis antice inserti , breves , articulis tribus ; basilari parvo , conico-cylindrico ; secundo omnium majore , incrassato , globoso , ultimo quinimo , conico , acuto , dentiformi. *Tarsi* articulis quatuor cylindricis , integris ; primis quatuor æqualibus , ultimo longiore , unguibus duobus parvis.

*Caput* ovatum. *Thorax* subcordatus , postice truncatus. *Abdomen* ovali-ovatum. *Elytra* connata. *Pedes* tenues.

SPEC. 1. *MASTIGUS PALPALIS*. *Mastige palpeur*.

M. Omnino niger.

*Tab.* 8 , *fig.* 5 , *auctus* , *scala longitudinis adjecta*.

*LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect.* , tom. 9 , p. 186.

Habitat in Lusitania , Comes de Hoffmausegg. a prof. Illiger amicissime mecum communicatus.

Congener *ptinus spinicornis* Fabricii , ab Olivier delineatus , *Entom.* , tom. 2 , n<sup>o</sup>. 17 , pl. 1 , *fig.* 5 , a. b.

CXXXVIII. GENUS. *SCYDMÆNUS*. *Scydmène*.

*Pselaphus* , *ILLIG.* , *PAYK.* — *Anthicus* , *FABRICII*.

*Antennæ* extrorsum crassiores , submoniliformes , articulo basilari paulo longiore , ultimo ovato. ( Tribus

apicalibus crassioribus, quandoque fere clavam elongatam efformantibus. ) *Palpi* maxillares articulo tertio majore, conico; ultimo aut obsoleto aut minimo, acuto, dentiformi.

*Caput* ovato-orbiculatum. *Abdomen* subovatum, basi truncatum. *Femora* clavata.

SPEC. 1. *SCYDMÆNUS HELLWIGII*. *Scydmenè d' Hellwig*.

S. *Palporum* maxillarium articulo ultimo obsoleto; antennarum articulis tribus ultimis clavam fere constituentibus; thorace ovato; corpore fusco-castaneo, pubescente; capite, thorace, abdomine obscurioribus; elytris lævibus.

*Scydmenè d' Hellwig*. *LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 186.

*Pselaphus Hellwigii*. *HERBST. Coleopt.* 4, 111, 3, tab. 39, fig. 12, a.

*Pselaphus Hellwigii*. *PAUK. Faun. Suec.*, tom. 3, pag. 566.

*Pselaphus Hellwigii*. *ILLIG. Coleopt. Bor.* 1, pag. 291.

*Anthicus Hellwigii*. *FAB. System. eleut.*, tom. 1, pag. 292.

Habitat in Europa, humi, ad radices arborum, primo vere. — Parisiis, loco Gallice dicto *Petit-Gentilli*.

SPEC. 2. *SCYDMÆNUS GODARTI*. *Scydmenè de Godart*.

S. *Palporum* maxillarium articulo ultimo conspicuo, dentiformi; antennarum articulis apicalibus a præcedentibus magnitudine non abrupte diversis; thorace subelongato-quadrato, postice paulo angustiore; corpore intensive castaneo, pubescente.

*Tab.* 8, *fig.* 6, *auctus*, *scala longitudinis adjecta*.

Habitat in Gallia.

Dom. *GODART*, in Lyceo imperatorio studiorum præfectus, insectorum, lepidopterorum præsertim, sedulus eruditusque indagator, qui priscarum linguarum peritiâ sæpius de me bene meritus est.

F A M I L I A N O N A.

STAPHYLINII. STAPHYLINIENS.

OBSERVATIONES. *Labrum* exsertum, coriaceum, transversum, margine antico recto aut emarginato. *Mandibulæ* corneæ, elongato-trigonæ, apicem versus subarcuatæ, acutæ aut unciformes. *Palpi* sæpius filiformes aut subulati, in paucis clavati; *maxillares* articulo quarto terminalive, *labiales* articulo tertio (sive apicali), minutissimis aut brevissimis, fere obsoletis in quibusdam. *Maxillæ* processu duplici membranaceo, externo plerumque subtriangulari, ad apicem latiore, interno dentiformi, acute terminato. *Labium* membranaceum, sæpius cordato-quadratum, medio coarctatum, apicem versus paulo latius; marginis superi angulis lateralibus pone palpos labiales in dentem auriculamve productis; medio rotunde subbidentato. *Mentum* coriaceum, sæpe transversum et breve.

I. *Palpi labiales articulo tertio sive terminali majore, subtrigono fereque securiformi aut lunato.*

(*Mandibulæ in omnibus latere interno edentulo.*)

CXXXIX. GENUS. *OXYPORUS*. *Oxypore*.

*Oxyporus*, FAB., OLIV., LAM., GRAVEN. — *Staphylinus*, LINN., GEOFF., DE GEER.

*Antennæ* capite vix longiores, clava elongata, compressa, perfoliata, articulis transversis. *Labrum* profunde lateque ad angulum acutum emarginatum. (*Mandibulæ* in omnibus porrectæ, valde decussatæ, capitis fere longitudine.) *Palpi* maxillares filiformes, articulo tertio conico, ultimo cylindrico; labiales articulo ultimo maximo, lunato. *Mentum* in quadratum longitudinale efformatum.

*Caput* thorace latius. *Thorax* semicircularis. *Abdominis* pars nuda corporis longitudinis reliqua parte dimidio brevior.

SPEC. 1. *OXYPORUS RUFUS*. *Oxypore fauve*.

O. Rufus ; capite, elytrorum sutura et apice, ano pectoreque nigris.

*Oxyporus rufus*. FAB. *System. eleut.*, tom. 2, pag. 604.

*Oxypore fauve*. OLIV. *Entom.*, tom. 5, n<sup>o</sup>. 43, pl. 1, fig. 1, a. b. c. d. e.

*Oxyporus rufus*. GRAV. *Coleop. microp.*, pag. 151.

*Oxypore fauve*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 358, pl. 80, fig. 5.

*Staphylinus rufus*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 684. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 844.

*Le Staphylin jaune, à tête, étuis et anus noirs*. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 370.

*Staphylin roux, à extrémités noires*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 4, pag. 24, pl. 1, fig. 11, 12.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 16, fig. 19.

Habitat in Europæ boletis.

CXL. GENUS. *ASTRAPÆUS*. *Astrapée*.

*Astrapæus*, GRAVEN. — *Staphylinus*, ROSSI, FAB., OLIVIER.

*Antennæ* subfiliformes, capite plane longiores, articulis plerisque subgloboso-conicis. *Labrum* emarginatum, sinu parvo. *Palpi* articulo ultimo (maxillaribus quarto, labialibus tertio), crassiore, in labialibus subtrigono, fere securiformi.

*Caput* thorace angustius. *Thorax* subquadratus, lateribus margineque antico rectis, postice rotundatus. *Abdominis* pars nuda corporis reliqui fere longitudine.

SPEC. 1. *ASTRAPÆUS ULMI*. *Astrapée de l'Orme*.

A. Niger, nitidus ; ore, antennarum articulis duobus baseos,

Ord. I. Fam. IX., *Staphylinii*. 285

abdominis fere toto segmento penultimo, elytris ( sutura excepta ) rufo-castaneis ; thorace lævissimo, puncto uno alterove impresso ; elytris punctis quatuor discoidalibus, in serie longitudinali dispositis.

*Astrapæus Ulmi*. GRAY. *Coleopt. micropt.*, pag. 199.

*Astrapée de l'Orme*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 288, pl. 79, fig. 5.

*Staphylinus Ulmi*. ROSS. *Faun. etrusc.*, tom. 1, pag. 248, tab. 5, fig. 6.

*Staphylin de l'Orme*. OLIV. *Entom.*, tom. 3, n<sup>o</sup>. 42, pl. 4, fig. 57.

*Staphylinus ulmineus*. FAB. *System. eleut.*, tom. 2, p. 595.

Habitat in Europa Australi, præsertim in Italia, sub ulmi cortice, primo vere. — Burdigalæ, *Dargelas*; Ambiani, *Dejean*.

SPEC. 2. *ASTRAPÆUS RUFIPES*. *Astrapée rufipède*.

A. Niger, vage confertim punctulatus, antennarum basi et apice, palpis pedibusque rufis ; capitis postico punctis quatuor impressis, solitariis, transverse positis, uno utrinque pone oculum singulum, aliis duobus intermediis.

In ipsa Parisiorum urbe hoc insectum nuperrime inveni.

A *Staphylinino brunnipes* Fab., Oliv. an diversus?

II. *Palpi labiales articulo tertio sive terminali haud majore, nec trigono, nec lunato, sæpius subcylindrico aut subconico, in nonnullis obsoleto.*

1. *Mandibulæ ad latus internum processu aut saltem dente uno valido instructæ.*

CXLI. GENUS. *STAPHYLINUS*. *Staphylin*.

*Staphylinus*, LINN., GEOFF., FAB., OLIV., LAM., GRAFENHORST.

*Labrum* profunde emarginatum, subbilobum. *Antennæ* capitis margini antico ( abrupte declivi et cui labrum affigitur ) mandibularum basin internam



versus, insertæ (extrorsum saltem moniliformes, subcrassiores, articulo ultimo ovato, ad apicem oblique subtruncato aut subemarginato). *Palpi* filiformes, articulo ultimo sive quarto in maxillaribus, tertio in labialibus, præcedenti non admodum minoribus; maxillares a labialibus magnitudine haud multum diversi.

*Caput* a thorace collo distinctum. *Thorax* subquadratus, margine postico sæpissime rotundato.

*I. Thorax semiorbiculato-quadratus.*

(*Antennæ thorace breviores, distinctius extrorsum crassiores et perfoliatae.*)

SPEC. 1. *STAPHYLINUS HIRTUS*. *Staphylin Bourdon.*

S. Supra niger, infra violaceo-cæruleo-niger, hirtus; capite, thorace (margine postico excepto) abdominis segmentis ultimis tomentoso-aureo-flavis; elytris obscure luteo-cinereis, basi nigra.

*Staphylinus hirtus*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 685. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 839.

*Le Staphylin Bourdon*. GEOFF. *Hist. des Insect.*, pag. 565.

*Staphylin Bourdon*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 4, pag. 20.

*Staphylinus hirtus*. FAB. *System. eleut.*, tom. 2, pag. 589.

*Staphylin Bourdon*. OLIV. *Entom.*, tom. 5, n<sup>o</sup>. 42, pl. 1, fig. 6.

*Staphylinus hirtus*. GRAV. *Coleopt. micropt.*, pag. 159.

*Staphylin Bourdon*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 292, pl. 79, fig. 4.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 4, fig. 19.

Habitat in Europa, cadaveribus.



II. Caput ovatum aut trigonum, non multo longius quam latius; thorax subquadratus et margine postico arcuato vel subangusto-orbiculatus et antice truncatus.

SPEC. 2. *STAPHYLINUS ERYTHROPTERUS*. *Staphylin érythroptère*.

S. Niger, antennarum maxima parte, clytris pedibusque rufis; capitis thoracisque margine postico, pectore, serie macularum duplici abdominis ex utroque latere tomentososo-aureo-flavis.

*Staphylinus erythropterus*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 685. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 842.

*Le staphylin à étuis couleur de rouille*. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 364.

*Staphylin à étuis roux*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 4, pag. 21.

*Staphylinus erythropterus*. FAB. *System. cleut.*, tom. 2, pag. 593.

*Staphylin erythroptère*. OLIV. *Entom.*, tom. 3, n°. 42, pl. 2, fig. 14.

*Staphylinus erythropterus*. GRAV. *Coleopt. micropt.*, pag. 10.

*Staphylin erythroptère*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 297.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 27, fig. 4.

Habitat in Europa, fimo.

SPEC. 3. *STAPHYLINUS POLITUS*. *Staphylin poli*.

S. Niger, capite thoraceque æneo-nigris; capite ovato, thorace angustiore, punctis aliquot impressis, vagis, uno majore ad oculi cujusque marginem internum; thorace punctis impressis sex aut octo, dorsalibus, in serie duplici longitudinalique dispositis, et aliquot ad latera vagis; elytris obscurioribus, subrugosulis, fere glabris; alis nigricantibus; vesiculis analibus elongatis, appendice intermedia exserta, conica, bifida.

*Staphylinus politus?* LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 685. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 843.

*Le Staphylin à étuis bronzés?* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 567.

*Staphylinus politus.* FAB. *System. eleut.*, tom. 2, pag. 594.

*Staphylin poli.* OLIV. *Entom.*, tom. 3, n<sup>o</sup>. 42, pl. 2, fig. 10.

*Staphylinus politus.* GRAV. *Coleopt. micropt.*, pag. 17.

*Staphylin poli.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 508.

Habitat in Gallia, fimetis, hortis, etc.

III. *Caput thoraxque elongata, multo longiora quam latiora. (Collum distinctissimum); corpus angustissimum; thorax postice rotundatus.*

SPEC. 4. *STAPHYLINUS FULGIDUS.* *Staphylin brilliant.*

S. Nigro-nitidus; antennis fuscis; capite pone antennas linea duplici impressa, vertice fere impunctato; thorace punctorum impressorum lineis quatuor, duabus in dorso, e punctis quinque singula efformata; duabus aliis brevioribus, una ex utroque latere; elytris castaneo-rufis; tarsis rufis.

*Staphylinus fulgidus.* GRAV. *Coleopt. micropt.*, pag. 48.

*Staphylin brilliant.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 552.

*Pæderus fulgidus.* FAB. *System. eleut.*, tom. 2, pag. 609.

Frequens in Gallia Australi.

OBSERVATIO. Cum hujus divisionis staphylinis corporis habitu omnino convenit *Lathrobium nostrum brevicorne*, *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 542; at palpi ejus subulati, articulo ultimo tamen quam in *Lathrobiis* longiore.

IV. *Caput thoraxque elongata, multo longiora quam latiora. (Collum distinctissimum); corpus angustissimum; thorax quadratus, postice truncatus.*

OBSERVATIO. Huc, ad examen usque ulterius, genus *Pinophilus* Gravenhorst, *latipes*, ex specie unica, institutum referri potest.

CXLII. GENUS. *LATHROBIUM*. *Lathrobie*.

*Lathrobium*, *pæderus*, GRAV. — *Staphylinus*, LINN.,  
GEOFF. — *Pæderus*, FAB., OLIVIER.

*Labrum* profunde emarginatum, subbilobum. *Antennæ* capitis margini antico (abrupte declivi et cui labrum affigitur), mandibularum basin internam versus, insertæ (subfiliformes, articulis subconicis, apicalibus magis rotundatis, subglobosis). *Palpi* maxillares mandibulas ultra prominuli, labialibus duplo aut amplius longiores, articulis secundo et tertio majoribus, conicis; hoc (et item de labialium penultimo, aut illorum secundo) elongato, crassiore; terminali in palpis omnibus minimo, vix conspicuo, aciculari.

*Caput* collo distincto. *Thorax* elongato-quadratus, margine postico recto, transverso, ab elytrorum basi intervallo pediculove disjuncto. *Corpus* lineare. *Pemora* antica incrassata, angulo infero dentiformi.

ANNOTATIO. *Lathrobiorum*, *Pæderorum*, *Stenorum* palporum structuram haud accuratissime vidit dom. Gravenhorst. His enim insectis palpi maxillares articulis quatuor, ultimo tamen sæpius, ob exilitatem, ope etiam microscopii, vix conspiciendo. Genera *Staphyliniorum* ab illo auctore proposita naturalia, optima, sed characteribus novis, ex instrumentis cibariis præsertim depromendis, fulcienda.

SPEC. 1. *LATHROBIUM ELONGATUM*. *Lathrobie alongé*.

*L.* Pubescens, subtiliter vageque confertim punctatum, nigrum, nitidum, ore, antennis, elytrorum apice pedibusque rufobrunneis; capite ovato; antennis thoracis circiter longitudine, articulis apicalibus subglobosis; thorace elongato-quadrato, angulis obtusis, latitudinè ubicunque æquali, linea dorsali mediâ lævi.

*Lathrobium elongatum*. GRAV. *Coleopt. micropt.*, pag. 55.

*Lathrobie alongé*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*  
tom. 9, pag. 540.

*Staphylinus elongatus*. LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 685.

*Pæderus elongatus*. FAB. *System. eleut.*, tom. 2, pag. 609.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 9, fig. 12.

Habitat sub vegetabilibus putrescentibus; Parisiis, primo vere, loco Gallice dicto *Lagare*. Affine *Staphylino lineari* Olivier.

SPEC. 2. *LATHROBIUM DEPRESSUM*. *Lathrobie déprimé*.

L. Valde depressum, pubescens, subtiliter vageque confertim punctatum, nigrum, nitidum, ore, antennis, elytrorum apicibus pedibusque rufo-brunneis; capite subtrigono; antennis thorace longioribus, articulis subconicis; thorace quadrato, antice paulo latiore angulisque prominulis, spatio dorsali triplici, lævi.

*Lathrobium depressum*. GRAV. *Coleopt. micropt.*, pag. 182.

*Lathrobie déprimé*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 341.

Habitat cum præcedente; in Lusitania ab Entomologiæ studiosissimo cultore com. de Hoffmannsegg primo lectum.

SPEC. 5. *LATHROBIUM RUFICORNE*. *Lathrobie ruficorne*.

L. Nigro-fuscum, pubescens, vage confertimque punctatum; ore, antennis, thorace rufis; elytris pedibusque luteo-rufescentibus; antennis moniliformibus; thorace quadrato, linea dorsali lævi.

*Pæderus bicolor*. GRAV. *Coleopt. micropt.*, pag. 59.

*Pédère bicolor*. OLIV. *Entom.*, tom. 5, n<sup>o</sup>. 44, pl. 1, fig. 4, a. b.

*Pédère bicolor*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 348.

Habitat in Gallia, sub lapidibus.

CXLIII. GENUS. *PÆDERUS*. *Pédère*.

*Pæderus*, FAB., OLIV., PAYK., LAM., GRAV. — *Staphylinus*, LINN., GEOFF., DE GEER.

*Palpi* maxillares labialibus triplo aut amplius longiores,

articulo secundo elongato-conico; tertio crassiore, conico aut cum ultimo clavam turbinatam vel ovali-ovatum efformante; ultimo brevissimo, obsoleto, aut vix conspicuo. *Antennæ* ante oculos insertæ (1), sensim extrorsum crassiores.

*Caput* collo distincto. *Thorax* suborbiculatus. *Coxæ* anticæ elongatæ.

OBSERVATIONES. Labrum sublineari-transversum, integrum. Mandibulæ dente interno valido, denticulato. Palpi labiales articulis tribus, basilari brevissimo; secundo omnium majore, subconico; ultimo parvo, tenuissimo, aciculari. Labium membranaceum, medio longitrorsum, specie saltem, coriaceo; lateribus carina lineave elevata, longitudinali. Mentum transversum.

I. *Tarsi articulo quarto (ut alii) integro (haud bifido).*

(*Antennæ articulis apicalibus globosis. Caput ovatum, magnum. Palpi maxillares capite dimidio breviores, articulo ultimo illis tenuissimo, aciculari, distincto; his subobsoleto aut a præcedentis apice indistincto, acute terminato. Thorax subdeltoideo-orbiculatus, antice posticeque angustatus aut subovatus.*)

SPEC. 1. *PÆDERUS ORBICULATUS. Pédère orbiculaire.*

P. Palporum maxillarium articulo ultimo distincto, aciculari; antennis omnino fere moniliformibus; corpore nigro, obscuro, confertim subtilissimeque punctato; palpis, antennis, elytrorum angulo apicis externo, pedibus fusco-rufescentibus; thorace subdeltoideo-orbiculato, carinula lineave dorsali longitudinali, lævi, nitida; elytris nitidis, subæneo-nigris, pubescentibus punctisque impressis, vagis, distinctis.

---

(1) Ultra capitis marginem anticum et idem in generibus sequentibus.

*Pæderus orbiculatus.* PAYK. *Faun. Suec.*, tom. 3, pag. 431.

*Pédère orbiculaire.* OLIV. *Entom.*, tom. 3, n.º. 44, pl. 1, fig. 7, a. b.

*Pæderus orbiculatus.* GRAY. *Coleopt. micropt.*, pag. 63.

*Pédère orbiculaire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 346.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 4, fig. 21.

Habitat in quisquiliis, sub lapidibus, primo vere; Parisiis frequens.

SPEC. 2. *PÆDERUS FRAGILIS.* *Pédère fragile.*

P. Palporum maxillarium articulo ultimo subobsoleto; antennarum articulis ultimis solum globosis; corpore nigro, confertim subtilissimeque punctato; palpis, antennis, pedibus quatuor posticis fusco-rufis; thorace pedibusque anticis rufis; thorace subdeltoideo-ovato, linea dorsali, lævi, nitida; elytris nitidis, ad angulos externos apicis luteo-rufescentibus.

*Pédère fragile.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 347.

Habitat in Gallia.

## II. *Tarsi articulo quarto bifido.*

(*Antennæ articulis plerisque subconicis.*)

SPEC. 5. *PÆDERUS ANGUSTATUS.* *Pédère rétréci.*

P. Palpis maxillaribus capite aperte brevioribus, articulo quarto sive ultimo, indistincto, cum præcedenti clavam ovali-ovatam efformante; corpore non lineari-longissimo, nigro; antennis, palpis, elytrorum apice, sutura præsertim, pedibus rufo-pallidis; capite thoraceque confertim punctatis, subrugosulis; thorace suborbiculato; elytris punctatis, haud rugosulis.

*Pæderus angustatus.* PAYK. *Faun. Suec.*, tom. 3, p. 431.

*Pæderus angustatus.* GRAY. *Coleopt. micropt.*, pag. 63.

*Pédère rétréci.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 347.

*Staphylinus angustatus.* FAB. *System. eleut.*, tom. 2, pag. 599.

Ord. I. Fam. IX., Staphylinii. 295

*Staphylin rétréci.* OLIV. *Entom.*, tom. 3, n°. 42, pl. 2, fig. 18, a. b.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 11, tab. 18.

Habitat in Europa, sub lapidibus: Parisiis haud infrequens.

SPEC. 4. *PÆDERUS FILIFORMIS.* *Pédère filiforme.*

P. Palpis maxillaribus capite aperte brevioribus, articulo ultimo indistincto, cum præcedenti clavam ovali - ovatam efformante; corpore nigro, obscuro, lineari, longissimo, penitus subrugosulo; antennis pedibusque flavescentibus; thorace orbiculato-ovato; elytrorum margine postico rufescente.

Habitat Parisiis, cum præcedente.

SPEC. 5. *PÆDERUS RIPARIUS.* *Pédère riverain.*

P. Palpis maxillaribus capitatis fere longitudine, articulo ultimo distincto, subtuberculiformi, obtuso, cum præcedente clavam turbinatam efformante; corpore rubro-rufo, nitido; capite, antennis (articulis quatuor baseos exceptis) abdominis apice, geniculis nigris; elytris caruleis, punctis impressis, vagis; thorace subelongato-quadrato, lævi, punctis impressis nullis aut raris et lateralibus; capitatis lateribus solis impresso-punctatis.

*Pæderus riparius.* FAB. *System. eleut.*, tom. 2, pag. 608.

*Pédère riverain.* OLIV. *Entom.*, tom. 3, n°. 44, pl. 1, fig. 2, a. b. c. d.

*Pæderus riparius.* GRAY. *Coleopt. micropt.*, pag. 62.

*Pédère riverain.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 345, pl. 79, fig. 8.

*Staphylinus riparius.* LINN. *System. nat.*, ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 684. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 846.

*Le staphylin rouge à tête noire et étuis bleus.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 369.

*Staphylin des rivages.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 4, pag. 28, pl. 1, fig. 18.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 9, fig. 11.

Frequens in arena humida, sub lapidibus, cum p. littorali Gravenhorst confusus. In p. littorali thorax subgloboso-orbiculatus,



punctatus, pilis ubique sparsis; capite, (summo vertice solo excepto) distincte punctato.

CXLIV. GENUS. *STENUS*. Stène.

*Stenus*, LATR., CUV., FAB., PAYK., GRAV. — *Staphylinus*, LINN., GEOFF. — *Pæderus*, OLIVIER.

*Palpi* maxillares labialibus permulto longiores; articulis tribus primis elongatis, conicis; tertio majore, clavam elongatam efformante; quarto (sive ultimo) fere inconspicuo, minutissimo, aciculari. *Antennæ* oculorum margini interno insertæ, ad apicem subabrupte crassiores, articulis inferis cylindricis, ultimis conicoglobosis.

*Oculi* subglobosi, crassi. *Thorax* subcylindricus. *Coxæ* brevissimæ. *Tarsorum* articulus penultimus bifidus.

OBSERVATIONES. Labrum transversum, margine antico subarcuato. Mandibulæ gracillimæ, valde arcuatæ, dente interno valido. *Palpi* labiales brevissimi, subapproximati, articulis tribus, secundo majore, subgloboso, ultimo, obsoleto. Labium membranaceum, elongatum. Mentum subquadratum, medio carinatum, carina ad marginem superum in dentem producta.

SPEC. 1. *STENUS BIGUTTATUS*. Stène bimoucheté.

S. Niger, griseo-villosulus, confertim punctatus, subrugosulus; capitis vertice lineola elevata; thorace lineola postica impressa; elytro singulo guttula rufescente.

*Stène bimoucheté*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 552, pl. 80, fig. 1. — *Préc. des caract. génér. des Insect.*, pag. 77.

*Stenus biguttatus*. FAB. *System. eleut.*, tom. 2, pag. 602.

*Stenus biguttatus*. GRAV. *Colcopt. micropt.*, pag. 154.

*Staphylinus biguttatus*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 685. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n<sup>o</sup>. 851.

*Le staphylin junon*. Var. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 571.



*Pédère bimoucheté.* OLIV. Entom., tom. 5, n°. 44, pl. 1, fig. 5, a. b.

Habitat in Europæ locis humidis, sub lapidibus, gregarius.

SPEC. 2. *STENUS BUPHTHALMUS.* Stène Buphthalme.

S. Plane niger, punctato-subrugosulus, villis brevibus, griseis.

Tab. 9, fig. 2, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Stenus Buphtalmus.* GRAF. Coleopt. micropt., pag. 156.

*Stène Buphthalme.* LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 9, pag. 555, pl. 80, fig. 2.

*Stenus juno.* FAB. System. eleut., tom. 2, pag. 602.

PANZ. Faun. Insect. Germ., fase. 27, fig. 11.

Habitat cum præcedente; Parisiis frequens.

CXLV. GENUS. *OXYTELUS.* Oxytèle.

*Oxytelus,* GRAF. — *Staphylinus,* LINN., GEOFF., DE GEER, FAB., OLIVIER.

*Palpi* breves, subuliformes; maxillares labialibus haud duplo longiores; his et illis articulo penultimo majore, incrassato, conico; terminali gracillimo, cylindrico-conico, aciculari, præcedentis fere longitudine.

*Caput* validum, collo distincto. *Thorax* semi-orbiculatus, postice rotundatus. *Tibiæ* spinulis ciliatæ. *Tarsi* secundum latera reflectendi, inter tiliarum spinulas reponendi, articulis quatuor primis brevissimis.

OBSERVATIONES. Labrum transverse quadratum, integrum. Mandibulæ porrectæ, validæ. Mentum breve, transversum. Antennæ ante oculos, marginem internum versus, sub margine prominulo insertæ, subfracto-incurvæ, extrorsum crassiores; articulis ultimis superfoliatis, apicali globoso-ovato, basilari valde elongato, conico.

SPEC. 1. *OXYTELUS CARINATUS.* Oxytèle caréné.

O. Niger, nitidus, distincte vageque impresso-punctatus; fronte inæquali, fere rugosula, spatio interoculari et antico sublævi; collo valde distincto; thorace utrinque impresso, medio

trifurcato costisque quatuor, duabus mediis postice coeuntibus; pedibus nigricantibus; tibiis spinulis brevissimis.

*Oxytelus carinatus*. GRAV. *Coleopt. micropt.*, pag. 106.

*Oxytèle caréné*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 363.

*Le staphylin noir, à corcelet sillonné et bordé*. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 367.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 57, fig. 24.

Parisiis frequentissimus, in excrementis humanis.

*Staphylinus piceus* Fabricii, Olivier, ab *oxytelo carinato* præsertim differt elytris pedibusque testaceis.

ANNOTATIO. Genus *Callicerus* Gravenhorst a me non visum; mandibulis ad latus internum denticulatis, exsertis, validis, in hac sectione reponendum; at palpis, forma antennarum, earumdem articulo ultimo longissimo, habitu corporis, pedibus *Aleocharis* proximum.

2. Mandibule dentibus nullis internis aut unico tantum vixque obvio.

A. Antennæ ante oculos insertæ, a secundo baseos articulo ad angulum fere rectum haud divaricatæ, articulis nullis aut perpaucis (3 — 4) transversis, plerisque subconicis aut subglobosis, terminali subovato, ad basin rotundato, non truncato.

(Palpi haud semper subulati. Caput non exsertum in omnibus. Tibiæ in multis spinosæ. Elytra abdominis dimidium et ultra sæpius tegentia).

a. Mandibule fissura interna parva aut subunidentatæ.

(Caput thorace non aut vix angustius, antice rotundatum. Tibiæ haud spinosæ. Anus appendicibus nullis aut retractis).

CXLVI. GENUS. *LESTÉVA*. Lestève.

*Staphylinus*, FAB., PAYK., OLIV. — *Anthophagus*, GRAVENHORST.

Palpi maxillares filiformes (haud subulati, articulo penultimo

penultimo incrassato, apicali multo graciliore, aciculari) articulo terminali clongato, præcedentibus conjunctim longiore. *Antennæ* subfiliformes, articulis conico-cylindricis.

*Thorax* subcordato - truncatus aut subquadratus, postice angustior.

OBSERVATIO. Maxillæ processu duplici lineari, interno ciliato.

SPEC. 1. *LESTEVA PUNCTULATA*. *Lestève pointillée*.

L. Nigro-fusca, subtilissime punctata, sublævis; antennis pedibusque obscuro-rufis.

*Tab. 9, fig. 1, aucta, longitudinis scala adjecta.*

*Lestève pointillée*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 369. — *Préc. des caract. génér. des Insect.*, pag. 75.

*Carabus dimidiatus*. PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 36, fig. 3.

*Carabus staphylinoides*. MARSH. *Entom. Britan.*, tom. 1, pag. 464.

Habitat in Gallia, locis humidis.

SPEC. 2. *LESTEVA ALPINA*. *Lestève alpine*.

L. Nigra, nitida, apice antennarum thoraceque fuscis; antennarum basi, elytris pedibusque testaceis.

*Lestève alpine*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 368.

*Staphylinus alpinus*. PÄYK. *Faun. Suec.*, tom. 5, pag. 387.

*Staphylinus alpinus*. FAB. *System. eleut.*, tom. 2, pag. 598.

*Staphylin alpin.* OLIV. *Entom.*, tom. 3, n. 42, pl. 6, fig. 55.

*Anthophagus alpinus*. GRAY. *Coleopt. micropt.*, pag. 183.

Habitat in Betula, salice Lapponiæ summarum Alpium.

CXLVII. GENUS. *OMALIUM*. *Omalie*.

*Omalium*, GRAY. — *Staphylinus*, GEOFF., FAB., OLIVIER.

*Palpi* maxillares filiformes, hæud subulati, articulo

ultimo præcedentibus conjunctim brevioribus. *Antennæ* extorsum crassiores, articulis apicalibus rotundatis, subperfoliatis.

*Thorax* transverso-quadratus, sæpius marginatus, angulis anticis rotundatis.

SPEC. 1. *OMALIUM RIVULARE*. *Omalie rivulaire*.

O. Nigricans, punctatum; antennarum basi pedibusque diluto-brunneis; capite inter oculos biimpresso; thorace marginato, ad angulos posticos impresso, dorso bisulcato; elytris thorace duplo longioribus, obscuro-brunneis.

*Omalium rivulare*. GRAY. *Coleopt. micropt.*, pag. 116.

*Omalie rivulaire*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, pag. 575, pl. 80, fig. 6.

*Staphylinus rivularis*. PAYK. *Faun. Suec.*, tom. 3, p. 407.

*Staphylin rivulaire*. OLIV. *Entom.*, tom. 3, n<sup>o</sup>. 42, pl. 3, fig. 27. a. b.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 27, fig. 15.

Frequens in Gallia.

CXLVIII. GENUS. *PROTEINUS*. *Proteine*.

*Palpi* maxillares subulati, articulo penultimo incrassato, apicali gracili, aciculari.

*Antennæ habitusque* præcedentis generis.

SPEC. 1. *PROTEINUS BRACHYPTERUS*. *Proteine brachyptère*.

P. Depressus, planus, niger, nitidus, supra leviter subsericeus; mandibulis, antennarum articulo basilari pedibusque brunneo-rufis; capite thorace paulo angustiore, triangulari; thorace brevi, lævi, antice paulo angustiore, lateribus subrotundatis, tenuissime marginatis; margine postico duplo latiore quam longiore, angulis subprominulis, subrufescentibus; scutello minimo; elytris subtilissime elongato-quadratis, externe marginatis, angulis posticis et externis rotundatis; abdominis segmentis quatuor ultimis nudis, ejus apice acuto, in nonnullis rufescente.

Ord. I. Fam. IX., *Staphylinii*. 299

LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 10, pag. 46.

— *Préc. des caract. génér. des Insect.*, pag. 9.

Habitat in Gallia.

ANNOTATIO. A *staphylino florali* Paykull vix diversus videtur; affinis etiam *Catereti gravido* Illiger.

*b. Mandibulæ latere interno penitus edentulo.*

(*Caput thorace multo angustius et in illum ad oculos usque intrusum, antice subacuminatum. Tibiæ spinosæ. Anus sæpius appendicibus prominulis.*)

CXLIX. GENUS. *TACHINUS*. *Tachine*.

*Tachinus*, GRAV. — *Staphylinus*, LINN., GEOFF., OLIV. — *Oxyporus*, FABRICII.

*Palpi* maxillares filiformes, haud subulati.

SPEC. 1. *TACHINUS RUFIPES*. *Tachine rufipède*.

T. Niger, nitidus, lævis; antennis fuscis; elytris sæpius pedibusque brunneis; elytrorum margine apicali dilutiore; abdominis segmenti ultimi apice cuspidato, integro, et appendice conica, ejusdem longitudine utrinque instructo.

*Tachinus rufipes*. GRAV. *Coleopt. micropt.*, pag. 157.

*Tachine rufipède*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 394.

*Staphylin noir, à grands étuis*. DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 4, pag. 24, pl. 1, fig. 14.

*Staphylinus rufipes*. ПАУК. *Faun. Suec.*, tom. 5, pag. 418.

*Staphylin à étuis bordés de jaune*. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 368.

*Staphylin rufipède*. OLIV. *Entom.*, tom. 5, n<sup>o</sup>. 42, pl. 4, fig. 55, a. b. c. d.

*Oxyporus rufipes*. ФАБ. *System. eleut.*, tom. 2, pag. 607. — *Oxyporus Hypnorum?* Ibidem.

Habitat in Europa, excrementis bovinis.

ANNOTATIO. Cum elytra *Tachini rufipedis* quandoque nigra

sint, ad hanc speciem referri potest *oxyporus rufipes* Fabricii, non obstante ejus phrasi specifica. *T. rufipedis* thoracis margo parum rufescit: *oxyporus rufus* ejusdem igitur forsitan varietas.

CL. GENUS. *TACHYPORUS*. *Tachypore*.

*Tachyporus*, GRAY. — *Staphylinus*, LINN., GEOFF., OLIV. — *Oxyporus*, FABRICII.

*Palpi maxillares subulati.*

SPEC. 1. *TACHYPORUS CHRYSOMELINUS*. *Tachypore chrysomélin*.

*T.* Niger, nitidus, lævis; thorace, elytris (basi excepta) pedibusque rufo-flavis; thorace subtransverso; abdominis apice truncato.

*Tachyporus chrysomelinus*. GRAY. *Coleopt. micropt.*, p. 128.

*Tachypore chrysomélin*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 10, pag. 7, pl. 79, fig. 9.

*Staphylinus chrysomelinus*. LINN. *System. nat.*, ed. 15, tom. 1, pars 2, pag. 685. — *Faun. Suec.*, ed. 2, n°. 855.

*Le Staphylin couleur de paille*. GEOFF. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 368.

*Oxyporus chrysomelinus*. FAB. *System. eleut.*, tom. 2, p. 506.

*Staphylin chrysomélin*. OLIV. *Entom.*, tom. 3, n°. 42, pl. 3, fig. 22, a. b.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 9, fig. 14.

Frequens in floribus, foliis, gramine; agilissimus.

B. *Antennæ oculorum margini interno et antico insertæ, a secundo basæos articulo ad angulum fere rectum divaricatæ (subfractæ et antrorsum arcuato-inflexæ), articulis a quinto ad decimum transversis, perfoliatis; terminali ovato-conico, basi truncato.*

(*Palpi subulati. Caput plerumque exsertum. Tibiæ haud spinosæ.*)

CLI. GENUS. *ALEOCHARA*. *Aléochare*.

*Aleochara*, KNOCH, GRAY. — *Staphylinus*, LINN., GEOFF., DE GEER, FAB., OLIVIER.

I. *Caput thorace multo angustius in ipsumque postice intrusum, collo inconspicuo aut nullo.*

(*Thorax transversus, lateribus rotundatis; antennæ quam in aliis distinctius perfoliatæ.*)

SPEC. 1. *ALEOCHARA BIPUNCTATA*. *Aléochare bipoctué.*

A. Nigra, nitidiuscula, subsericea; thorace convexo; elytris conjunctim transverse-quadratis, macula rufo-sanguinea in singulo; pedibus, abdominis segmentorum posteriorum margine postico anoque rufo-brunneis.

*Aleochara bipunctata*. GRAY. *Coleopt. micropt.*, pag. 95.

*Aléochare bipoctué*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 588.

*Staphylin bipoctué?* OLIV. *Entom.*, tom. 3, n<sup>o</sup>. 42, pl. 5, fig. 44, a. b.

In fimo bovino, equino; Parisiis frequens.

ANNOTATIO. *Staphylinus emarginatus* Paykull, Olivier, Fabricii, nomine generico *Anthophagus*, in opere, *Dictionnaire des sciences naturelles*, delineatus, *Aleocharis* hujus divisionis associandus.

II. *Caput thoracis circiter latitudine, subtriangulare, collo distincto at non tenuissimo; thorax his quadratus, angulis rotundatis; illis suborbiculatus, postice elytrorum latitudine.*

SPEC. 2. *ALEOCHARA CANALICULATA*. *Aléochare cannelée.*

A. Rufo-fusca, pedibus dilutioribus; capite abdominisque segmentis duobus penultimis nigris; elytris conjunctim transverso-quadratis; thoracis dorso excavato lineaque impressa media, longitudinali.

*Aleochara canaliculata*. GRAY. *Coleopt. micropt.*, pag. 68.

*Aléochare cannelée*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 578, pl. 80, fig. 7.



*Staphylinus canaliculatus.* FAB. *System. eleut.*, tom. 2, pag. 599.

*Staphylin cannelé.* OLIV. *Entom.*, tom. 3, n<sup>o</sup>. 42, pl. 3, fig. 31, a. b.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 27, fig. 13.

Sub lapidibus, in quisiuiliis, inter segetes. Frequens in Gallia.

III. *Caput globosum, postice a thorace intervallo valde distincto remotum, collo tenuissimo; thorax subglobosus aut subcordatus, antice rotundatus, postice subangustato-truncatus elytris paulo angustior.*

SPEC. 5. *ALEOCHARA IMPRESSA.* *Aléochare enfoncée.*

A. Rufescens; capite nigro; thorace lineis tribus punctisque duobus posticis impressis; elytri cujusque basi lineolis duabus impressis.

*Aleochara impressa.* GRAY. *Coleopt. micropt.*, pag. 72.

*Aléochare imprimée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 380.

*Staphylin enfoncé.* OLIV. *Entom.*, tom. 3, n<sup>o</sup>. 42, pl. 5, fig. 41, a. b.

In Europæ Agaricis, Boletis.

Ad hanc divisionem pertinet, ni fallor, *staphylinus* n<sup>o</sup>. 25 Geoffroi, insectorum parisiorum historiae auctoris. *Pselaphi* in ordine naturali *Aleocharas* consequuntur.

Finis Tomi primi.

---

Typis J. J. DELANCE, viâ Matherinensium.



## EMENDANDA.

- Pagina 24, linea 8, Columna dextera; pro OXYRHYNCHI  
pone OXYRYNCHI.*
- Ibid. — 9, ibid. — Oxyrhynques p. Oxyrynques.*
- 26, — 14, — internæ p. interni.*
- 32, — 29, — reflexo p. inflexo.*
- 55, — 17, post DE GEER appone FAB.*
- 67, — 14, post Squillarum appone Corpus.*
- 80, — 8, columna media; post assimiles, adde:  
Anus papillis textoriis.*
- 84, — 24, pro rostello pone rastello.*
- 86, — 6, — tab. 1, p. tab. 3.*
- 109, — 1, — istius p. verba.*
- 143, — 3, post fig. 2 appone Corpus.*
- 148, — 17, post Hermann, adde: hæc species.*

1887 (4)











SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES



3 9088 01348 7558